AZ.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
B
24
NAPOLI

XXI.
B.
24.

CAMILLI PLAVTII PÆZONIS IVRISCON-SVLTI FONTANELLATENSIS

in Ticinenſi Gimnaſio Ius ordinariũ interpretãtis. Commentaria,

Ad .l. 1. ff. ſi quis Iuſdic. nõ obtem-pe. in principio.

VNVM NIHIL, DVOS



PLVRIMVM ESSE.

PAPIÆ.

APVD FRANCISCVM MOSCHENIVM.

M. D. LIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

CLARISS. VIRO
BARTHOLOMEO BONGO BERGOMENSI
Iu. V. D. Ticinenſi Gymnaſiarche
Camillus Plautius Iuriſconſul. S.D.P.

SCIO Gymnaſiarcha Clariſs. mihi uitio dari quod legẽdo, plerunq; op pugnem uſu comprobatas ueterum opiniones, multis enim diſplicent huiuſmodi pernicioſe, (ut ipſi uocãt) ſubti litates, et pleriq; ſatius fore aiunt, ſi quoti die aliqui caſus notabiles et in foro lucrũ quandoq; allaturi, ex remotioribus iuris partibus hauſti & conquiſiti in medium proferantur, quàm ſi nouo ac uero ſen-ſu leges, etiam quâm plures, explicẽtur, nec deſunt qui calumnientur turpe eſſe hominem nouum, & nuper (ut ipſi aiunt) e tenebris exortum præceptorem habe-re, & alia huiuſmodi relatu indigna com

miniſcuntur. Quibus reſponſum uolo non hominis nouitatem ſpectandam eſſe, ſed eius interprætationes & dogmata, quæ qualiacunq; ſint iure optimo & optima ratione a maleuolorũ morſibus defenſurum me profiteor, nec quicquam gratius mihi contingere poteſt, quàm ut qui me carpunt, quæ reprehendenda ſunt, nominatim edant, quaq; id ratione arbitrentur ediſſerant, futurum enim eſt, ut uel ipſi errore me eximant, uel ipſos quæ non perceperint in poſterum temere reprehendere pudeat. Ego ſanè non improbo eos qui maiorum ueſtigijs inhærent, ſed nec puto eos eſſe laudandos, qui ad quancunq; diſciplinam, quaſi tempeſtate delati, tanquam ad ſaxum adhæreſcunt, nec quiſquam dixerit minori laude dignum exiſtimatum eſſe Labeonem, qui multa innouauit, quàm Atteium Capitonem

tonem

tonem, qui in his quæ ſibi a maioribus tradita fuerant, perſeuerauit. Deinde qui meum inſtitutum damnat, is damnet neceſſe eſt maiores noſtros, à quibus inſtitutum eſt, ut ſingulo quoq; anno in circulis publicè diſputationes proponerentur, inter lectores ipſos uentilandæ, in quibus qui queſtionem proponit ex more & ex inſtituto maiorum, ſententiam crebriore ſuffragio receptam, oppugnare tenetur, quorſũ hæc? niſi ut intelligamus maiores noſtros ſenſiſſe, multa per errorem recepta fuiſſe, quorum ueritas diſputando detegi exprimiq; poßit? & iudicaſſe ſatius eſſe ueritatem compertam amplecti, quam in errore etiam uetuſtißimo ſemper uerſari, alioqui etiam nota digni eſſent Bartolus & cæteri, quos nunc colimus, qui in multis, a maiorum opinionibus, etiam uſu comprobatis, deſciuerunt.

Quin & uulgo dici ſolet opinionum commenta deleri tempore, & in Gymnaſijs nouas opiniones in dies exoriri, easq́ue uſu comprobari, mox conſeneſcere & interire, quin & hi qui me conuitijs acerbiſsime conſectantur, ſi quid noui ſcholaribus attulerint, quod tamen raro & infœliciter fit, ſummopere gloriantur, quod ergo cæteris ſemper licuit, quodq́ue ipſi obtrectatores ſibi licere arbitrantur, & in ſe laude dignum putant, id cur mihi non liceat, non uideo. Illud tantum edico, me à maiorum ſententijs non temere, nec cõtradicendi ſtudio. Sed ueritatis gratia, quæ pre cæteris rebus amanda eſt & colenda, ſolere deſciſcere. Quod ſi qui ſunt qui magis ament audire aliquas deciſiones ex remotis iuris partibus hauſtas & conquiſitas, moneo hi non inſudent in euoluendis pande-

ctarum

ctarum libris, ſed ad repertoria & ad Bertachinos ſe conferant, ex quibus ea quæ tantopere deſiderant, facillime haurient. Interim ut quid de nouo homine ſperandum ſit omnes intelligant, multa ex his quæ in interpretandis legibus elaboraui, edere conſtitui. Inter quæ extant commentaria hæc quæ de contumacibus mulctandis tractant, quæ tibi dedicanda eſſe exiſtimaui, ut nominis tui ſplendore illuſtrata, fauorabilius in lucem prodirent & meæ erga te beneuolentiæ teſtimonium præberent.

Bene vale, & me, ut facis, ama.

SENSVS Communis non eſt uerus nu. 2.
Diſputatur tamen affirmatiue à nu. 46. uſque ad nu. 55. & ad ſingula argu. annectuntur reſponſiones opportune.
Reprobatur demum ſenſus communis nu. 56. uſque ad nume. 60.
Senſus Azo. uerior eſt, nu. 3. & cõprobatur rationibus & argumentis à nu. 60. uſq; ad nu. 83. & ibi ponitur concluſio pro Azone contra communem.
Caſus legis nu. 4.
Ratio dubitandi nu. 5.
Ratio decidendi nu. 7.
Argumentum à maiori ad minus non habet locum in iuriſdictione diſtributa nu. 8. & nu. 10. & nu. 41. & alibi ſepe.
Argumentũ hoc, habet iuriſd. ordinariam, uel equiperatur ordinario, ergo poteſt mulctare, non ualet, licet ſepe eo utantur doct. nu. 15. & 114. & alibi ſepe.
Argumentum hoc, poteſt punire ergo & mulctare, non ualet, licet ſepe eo utantur doct. num. 19. & nu. 45. & 114. nu. 39.
Argumentum hoc, non denegatur poteſtas mulctandi, ergo competit, non eſt bonum nu. 18. & 19. Immo ſi non appareat conceſſa intelligitur denega nu. 18. & nu. 39.
Argumentum hoc, non habet imperium ergo non põt mulctare, eſt bonum nu. 13. nu. 81.

Argu-

Argu.hoc,nõ eſt ſpecialiter conceſſa poteſtas mulctã di ergo non competit eſt bonum.nu.18. & .19.

Argu.hoc,eſt magiſtratus ergo mulctare poteſt, non eſt bonũ,niſi etiam habeat imperiũ nu.15.nu.113.

Argu.hoc non eſt magiſtratus, ergo non poteſt mulctare eſt bonũ nu. 27.& nu. 113. niſi ſpecialiter hæc poteſtas data reperiatur.

Argu. hoc data eſt iuriſdictio in genere, ergo etiam mulcte poteſtas,non eſt bonum, nu.41.nu.19.

Magiſtratus appellatio ad eos pertinet qni habent imperium nu.11.& nu.72.

Imperium habentes mulctant nu. 12.

V l.ij.§.fi.de iudic. quomõ prucedat nu. 14.& 73.

V l.ij.ff. de iur. om.iud. quomodo procedat, nu.42.

Publicum iudicium quid nu.14.& .73.

Adiudicatio quid nu.17.&.50.& .72.

V l.aliud §.fin.ff. de uerb. ſign. quomodo procedat nu.15. 16.& 24.latius nu.72.

Mulcte poteſtas eſt de regulariter ꝓhibitis nu.18. et non competit niſi ſpecialiter ſit tributa nu. 19.& non niſi ex priuilegio competit nu.44.& ad defenſionem iuriſdictionis tantum nu.20.& non in immenſum nu.21.& nu.218.

Ratio quare mulcte ptãs parciſſime data eſt nu.44.

Duumuiri carentes imperio non mulctant nu.13.& nu. 108.

Duumuiri & magiſtratus municipales ſunt idem nu. 33.quod eſt magni momenti ad hunc tex.

Defenſores & Duumuiri non ſunt idem.nu.27. & latiusnu. 32.

Magiſtratus municipales non ſunt uillarum aut ca=ſtrorum pretores nu.30.
Municipia non ſunt caſtra, ſed ciuitates nu.28.
Pretores caſtrorũ an et quare hodie mulctẽt nu.83.
Magiſtratus uillitas non ex paruitate loci ſed ex qualitate iuriſdictionis conſideratur nu.29.
Magiſtratus hodie mutati ſunt omnes nu.29.
Iuriſdicto nulli cõpetit niſi quatenus data eſt à prin-cipe nu.29.& .31.
Error multorum doctorum nu.34. uſq; ad nu.39.
Intellectus multi exploſi nu.34.uſq; ad nu.39.
Taxatiua lectio in tex, noſtro nu.39.
Taxatiue natura nu.40.
Taxatiua lectio cõmuniter reijcitur nu.40.in fi.& nu.42.ſuſtinetur tamen, admiſſa concluſione com muni, quod duumuiri poßint mulctare, & tũc ſtat proprie, contra omnes nu.44.
Reijcitur tamen hec lectio nu. 45. quia nõ admitti=tur prefata communis concluſio duumuirorum.l. defenſores nihil.C.de defenſor. quõ procedat cõ=tra cõmunẽ declaratur a nu.64.uſq; ad nu.70.
Vl.iij.§. ſi quis ad pedaneum.ff. Ne quis eum qui in ius uoc.eſt ui exim. quom. procedat nu.76.
Mulctare qui poßint, uide regulã affirmatiuam cum xviij.ampliat, & .xxix.limitat. à nu.85. uſq; ad nu.218.ubi habebis totã materiam mulctarũ alibi non collectam, & intelliges qui mulctari poteſt, et à quibus, & pro quibus cauſis, & quatenus, e quando, & è contra, & ibi multa notatu et ſcitu digna comperies.

xviij.

Magiſtratus mulctare poſſunt nu.54.

Non ſolum laicus, ſed etiam eccleſiaſticus nu. 105.

Item nõ ſolum mulctando, ſed etiam uti cohercendo alijs remedijs quæ multa cõtra cõtumaces ſunt ꝓdita nu.85.etiã per uiã actionis que parti cõpetit ſm̃ cõem nu.86.cõtrariũ eſt ueriꝰ nu.91. et.92. licet etiam alienam iuriſdict. defendendo nu. 87.

Immo etiam inuitus iudex cogitur. nec poteſt parcere contumaci, ſecundum communem, nu.88. contrarium eſt uerius nu.93.

Etiam maiorem mulctam imponendo quàm ſit comminatu in precepto, ſi ſibi uidebitur, nu.95.

Etiam ſi nullam penam certam in precepto comminatus ſit nu.96.

Etiam ſine nouo proceſſu nu. 97. citatio tamen requiritur nu.97.

Etiam ſi exceptio competat citato, nam debet comparere allegaturus priuilegium nu.98.

Etiam ut pena applicetutr parti nu.99.

Etiam in quacunq; parte iudicij nu.100.

Etiam ſi poſtea contumaciam purgauerit ſecundum communem nu.101.immo contra nu.215.

Etiam pro minima inobedientia nu.103.

Etiam ſi citatus miſerit procuratorem, qui nõ comparuit ſecundum communem nu. 106. contrarium eſt uerius nu.138.

Et non ſolum reus ſed & actor contumax mulctari poteſt nu.107. & etiam nuncius nume. 104. & etiam aduocati & teſtes & alij nu.102.

Sed duumuiri non mulctant nu. 108. ideſt magiſtratus

tus municipales.
Nec iudex pedaneus nu.111.hoc ibi optĩe declaratur
Nec defenſores ciuitatum nu.112. hoc ibi optime declaratur.
Nec doctor, nec alius iuriſditionem propriam habens ſine magiſtratu nu.113.
Nec delegatus nu. 115. ad hanc limitationẽ dantur vij.reſtrictiones, que tamẽ an uere ſint uidebis à nu.116.uſq; ad nu.147. et multa noua cõperies.
Nec arbiter nu.148.quod late declaratur nu.148. uſq; ad nu.156.ubi multa noua comperies.
Nec incompetens nu.170.hoc declaratur à nu. 176. uſq; ad nu.178.ubi multa noua comperies.
Nec par parem,aut minor maiorem,nu.180
Nec ob alienam contumaciam, & ſic ex contumacia procuratoris nõ mulctatur dominus nu.158.quod qualiter procedat tractatur uſq; ad nu. 165. & aliqua noua traduntur.
Nec ſi relatio nondum facta ſit, nu.166.
Nec contumax fictus nu.167.& ibi non noua.
Nec heres contumacis nu.168.
Nec is qui nõ põt uocari in ius lege uetãte nu.159.
Nec pauper nu.203.
Nec qui ex cauſa uoluntarie iuriſditionis uocatur nu.201.
Nec poſt annum à die commiſſe cõtumacie nu.169.
Nec ſi nihil interſit actoris nu. 181. declaratur uſq; ad nu.199.& multa noua traduntur.
Nec ſi adeſt clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe nume. 202.

Nec ſi adeſt clauſula iuſtificatiua nu.203.
Nec in caſibus in quibus iudici reſiſti põt nu.204.
Nec ſequuta remißione partis, quando contumacia conſiſtit in omittendo nu.205.
Nec ſi contra ſtylum pena comminatur nu.206.
Nec in confiſcatione bonorum nu.94.& .207.
Nec in amißione totius cauſe nu.209.
Nec quando contumacia uocati nõ impedit proceſſum nu.210.ubi aliquid noui contra Alex.
Nec quãdo purgauit cõtumaciam nu.215.quod qualiter procedat declaratur uſque ad nu. 217. & quedam noua & pulcha traduntur.
Nec ultra metas.l. eos. C. de mod. mulct.

FINIS.

CAMILLI PLAVTII IVriſconſulti Fontanellatenſis cõmentaria: Ad.l.j.in princ.ff. ſi quis Iuſdic. non obtemper.

OMnibus magiſtratibus, non tamen duum uiris conceſſum eſt, ſecundum Ius poteſtatis ſuæ iuriſdictionem ſuam defendere penali iudicio.

HOC Principium continet practicabilem materiam, & eſt ualde difficile, agitur enim de mulctis in contumaces infligendis, quæ materia quotidiana eſt, et nullum feré agitur iudicium, in quo de contumacibus mulctandis & cohercendis non agatur, difficultas autem ex eo dignoſci poteſt, quod principium hoc a doctoribus in uarios ſenſus diſtrahitur. Ideo illud dici poteſt quod eius rei ueritas ignoratur, quæ multiplicem habet intellectum ſecundum Boet. quem allegat Bal. in conſ. ccxviij. incip. petita uenia col.1. nu. uol.1. glo. eſt. in.l. ueteribus in uerb. obſcurum. ff. de pact. Crauett. in conſ. ix. nu. xxxiij. Adeo autem breuiter & eleganter eſt conceptum. ut breuius elegantiuſué in compendium redigi non poſſit, tamen ſecundum cõmunem ſenſum Doct. clarius hoc dicit, Magni magiſtratus poſſunt magnas mulctas 1 2

ctas in magnis cauſis imponere contumacibus ſecundum modum ſibi à lege preſcriptum, municipales autem non poßunt mulctas magnas, nec in magnis cauſis infligere, ſed in paruis cauſis leuiter mulctare poſſunt.

2 HIC Eſt communis intelle. ad hoc primum reſponſum, mihi autem uidetur quod tex. iſte nihil tribuat duumuiris, imo expreſſe denegat poteſtatem mulctandi, ut infra uidebimus.

ITEM Nulla hic fit mentio de leuibus cauſis, nec de magnis, nec etiam de leuibus mulctis, nec de magnis, ſed ſimpliciter loquitur, nec etiam eſt aliqua alia lex quæ faciat hanc diſtinctionem, ideo nulla me terrebit auctoritas, nec deflectet à uero ſenſu uerborum, quæ clariſſima ſunt, & omni prorſus ambiguitate carent, & propterea illis herendum eſt. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. l. proſpexit. ff. qui & a quib. nulla enim eſt ratio aut coniectura.. quæ poßit conuellere tex. expreſſos ut inquit glo. in. c. 1. in titu. de feud. cog. & eſt tex. in. l. proſpexit. ff. qui & a quib. tradit Tiraquel. in tract. de iure primog. q. xl. fo. ccclxxij. nume. clxxvij. & . q. lxxxv. fo. ccccxx. nu. xv. Quamobrem ego non ſequar communem ſenſum: quē falſū eſſe infra latius demonſtrabo.

3 EGO Probo ſenſum Azo. qui planißimus eſt & uim non affert huic legi, nec alij, ſecundum quem hoc dicit tex. Magiſtratus omnes, exceptis municipalibus poſſunt ſibi inobedientes mulctare ſecundum modum à lege preſcriptum, & ſic non ſimpliciter

nec in

nec in infinitũ, ſed ſecundum legitimũ modũ, & ſecundum poteſtatem ſuam. concordat tex. in. l. ij §. 1. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit, ibi, a competenti iudice mulcta pro iuriſd. iudicis damnabitur.

DIVISIONEM Non patitur licet Iaſ. hic tex. diuidat, quod mihi non placet, quia eſt breuis & unicum habet orationis contextum, et unicam ſtructuram. Ideo ego non diuidam, licet alias diuiſio non ſit contemnenda, cum multum proſit, ut per glo. in probem. inſtitut. in §. igitur in uerb. eaſdem & cagnoll. in probem. fforũ nu. xx.

CASVS Poteſt formari in hunc modum.

TITIO Fuit preceptum à iudice ut coram ſe 4
compareret ad reſpondendum de iure, uel ad teſtimonium dicendum, uel ad aliquid aliud faciendum. Titius non comparuit, nec obtemperauit, & ſic contempſit iuriſd. iudicis, queritur an inobediẽs poßit coherceri, & mulctari, & quatenus coherceri poßit, an ſcilicet moderate, uel arbitrio iudicis in immenſum mulctari poßit, & an interſit, quis qualiſue ſit is iudex, cuius iuriſdictio contempta eſt iud.

RESPONDETVR Quod iſte inobediens, & contumax poterit mulctari & coherceri à iudice, dũ modo ſit magiſtratus, exceptis duum uiris, & ſic à quocunque magiſtratu mulcta infligi poterit, preterquam à duum uiris, hoc eſt à magiſtratibus municipalibus, non tamen in infinitum mulcta infligi poteſt, ſed moderate ſecundum ius & poteſtatem attributam, hoc eſt ſecundum modum à lege preſcriptum, licet enim modus & quantitas mulcte ſit in arbitrio

iudicis.l. aliud §. inter.ff. de uerb. ſig.l. ſi qua pena in fin. eod.tit. tamen hoc arbitrium eſt limitatū à lege.l.eos.C.de mod.mulct.l. fin. C. de ſportul.de quo inf.uidebimus.

5 RATIONES Dubitādi plures ſunt, pro ut etiam de pluribus queritur, quas non omittam, quia ſm̄ Bald.in.l. ſi tutores in princ. C. de compenſat. qui neſcit rationem dubitandi & decidendi, non poteſt intentionem tex. recte proſpicere, quod etiam probat Cagnoll.in.l.ſi quis maior nu.iiij.C. de tranſact. Primo quo ad magiſtratus qui poſſunt mulctare potuit dubitari quo ad ſummam mulcte, nam preſuppoſito, quod illis competat facultas mulctandi, uidebatur quod deberet cōpetere in immenſum, per tex. in.d.l. ſi qua pena, ibi Iudicis poteſtas quantā dicat. ff. de. uerb. ſig. per regulam de qua in .c. cui licet de reg. iur. lib.vi.l. in ea §. ſed qui.ff. de adult. l. non debet cui.ff. de reg.iur. Preſupponimus enim ſecundum intellectum Azo. quem ſequar, quod ſoli magiſtratus magni poßint mulctas infligere, qui proculdubio habent gladij poteſtatem, & ſic ultimi ſupplicij poteſtatem ut.l. illicitas §. qui uniuerſas.ff.de off.preſid.quamobrem uidetur quod multo magis habeat poteſtatem mulctandi quantūlibet magnā, quia mulcta conſiſtit in pecunia ut in.d.l.aliud.ff.de uerb. ſig. & clarum eſt quod quelibet corporalis pena eſt grauior qualibet pecuniaria quantūcunq; graui.l.in ſeruorum in fi. ff. de pen. & ibi Bart. & Alex. & idem Bart. in. l. 1. §.fin. eo. tit. Iaſ.maij. inſt. de actio. §.penales col. xiij. in fi. nu.lxv.uerſ. ſecundo c

do c

do e multum.

SECVNDO Videtur quod omnes iudices poßint mulctare, ſiue ſint, parui ſiue magni, ſiue delegati, ſiue ordinarij, nā data iur. proculdubio trāſeunt omnia, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. l. ij. ff. de iur. om. iud. qui tex. loquitur indiſtincte de omnibus iudicibus, etiam delegatis ſecundum communem ſenſum doct. mulcta aūt eſt ex illis remedijs ſine quibus iuriſdictio explicari non pōt, ut hic per Bart. & alios, Ideo quo ad municipales, uidetur quod poſſint mulctare, quia in illis non ſolum militat ratio. d. l. ij. ff. de iur. om. iud. ſed etiam ratio regule. d. l. non debet. ff. de reg. iur. habent enim aliquale imperium. l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iud. l. ſi priuatus. ff. qui et à quib. & ſaltem defenſores poſſunt ob leuia crimina caſtigare, & ſic penas corporales licet leues infligere §. audient in auth. de defenſor. ciuit. que ſunt grauiores quàm mulcte pecuniarie, ut ſupra dictum eſt.

HIS Non obſtantibus determinatur contrarium 6 in omnibus caſibus, ſcilicet ꝙ nullus iudex mulctare poteſt niſi ſit magiſtratus, & quod municipalis magiſtratus mulctare non poteſt, & quod hi qui mulctare poſſunt, moderate tamen id facere debent, non in immenſum ex eorum arbitrio, ſed ſecundum modum à lege perſcriptum, & ſecundum poteſtatem ſibi datam.

DECIDENDI Ratio quo ad moderatio- 7 nem pene et quo ad poteſtatē ſuam, quia ſic fuit determinatū à lege. l. eos. C. de mod. mulct. & in. l. ij. §. 1.

ibi a cõpetente iudice pro iuriſdictione iudicis dãnabitur. ff. ſi quis in iuſ. uoc. non ier. et ubi habemus legẽ expreſſam & claram, nõ eſt opus coniecturis, nec argumentis. l. ille aut ille §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. l. proſpexit. ff. qui & à quib. quare cũ, ſic fuerit determinatum, poteſt dici q ſic placuit, que ratio in his que ſunt iuris poſitiui toleratur. l. quia poterat. ff. ad treb. glo. in. l. 1. in uerb. ratus. ff. de poſtul. Feli. & Dec. late in. c. ſi quando de reſcript. poteſt etiam dici quod non fuit equum, q daretur tanta poteſtas ei qui ulciſcitur propriam iniuriam contra regulam. l. ſcientiam §. fi. ff. ad. l. acquil. & l. unic. C. ne quis in ſua cauſa, de qua infra latius tractabitur.

8 NON *Ob. q ex quo occidere poſſunt, multo magis uř quod etiam poßint maximas mulctas imponere per regulam cui licet quod eſt plus &c. nam reſpondeo q ſumus in iuriſdictione diſtributa per imperatorem ſecũdum eius placitũ, non ſecundũ aliquã regulam, nec ſecundum aliquam rationem, ſed ſecundum meram uoluntatem, quo caſu ceſſat argu. à maiori ad minus, et non habet locũ regula cui licet q eſt plus, exemplum eſt in. l. ſolemus §. latrunculator. ff. de iud. & hoc tradit* Dec. *in. d. l. non debet cui uerſ. tertio nu. v. ff. de regu. iur. Soz. in. l. 1. col. viij. nu. xvij. ff. quis et à quo appell.*

QVOD *Ad delegatos, reſpondemus quod habemus expreſſam deciſionem, & legem que hanc poteſtatem abnegat delegatis. l. ij. §. fi. ff. de iud. & ita ſe habet communis opi. ut hic per* Bart. *& alios & per* Cano. *in c. de cauſis de off. deleg. ut infra*

fra uidebimus.

IDEO *In claris ſequimur expreſſam deciſionem d.l.ille aut ille & .d.l.ij.ff.de iur. om.iud.et ſic limitatur. d.l.ij. §.fi.ff. de iud. per regulam. l. in toto. ff. de regu. iur. aliam rationem meliorem adducam inf.in calce ult.not.*

QVO *Ad muuicipales & paruos magiſtratus reſpondetur ut ſupra, quod habemus deciſionē expreſſam hic in tex. noſtro in uer. non tamen, ergo. &c.*

ITEM *Quod ſumus in probibitis, & in his quæ* 9
non competunt, niſi ſpecialiter & expreſſe & nominatim tributa ſint ut in.l.ij.§.fin.ff.de iud.et in d.l. aliud.cā.fi.in uerb. permiſſum, & hic, in uerb. conceſſum, de qua re infra latius tractabitur in. iij.not. in hoc tamen contrarium tenent communiter Doct. *ut infra uidebimus, tamē ego tenebo hanc opinionem, quod hi parui magiſtratus carentes imperio non poſſunt mulctare, quod etiam tenuit* Ang. *in.l.nemo carcerem.* C. *de exact. tribut.lib.x. in repet. &* Ant. Franc. *in addit. abb. in.c. de cauſis de off. deleg. hi autem non habent imperium ut patet ex.l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & .l. ea que.ff.ad municipal. igitur nec mulctare poterunt.*

NEC *Obſtat quod modica cohertio etiam cor-* 10
poralis cōpetat.d.l. magiſtratibus & .d. §. audient, et quod ea competant ſine quibus iur. explicari non poteſt. l.ij.ff. de iur.om.iud.quia ut ſepe dictum eſt arg.à maiori ad minus in iuriſdictone diſtributa non ꝓcedit, et quia ſpecies derogat generi.l.in toto.ff.de reg. iur. et quia non omnis qui punire poteſt mul-

ctare poteſt. l. aliud §. fin. ff. de uerb. ſig. pro ut infra latius demonſtrabitur, & quia nemo poteſt mulctare niſi ſit magnus magiſtratus, uel niſi ei ſpecialiter & expreſſe & nominatim ſibi data ſit facultas mulctandi. l. ij. §. fi. ff. de iud. l. aliud §. fi. ff. de uerb. ſigni. de qua re infra latius tractabo, in. iij. not. & etiam ſuper intellectu cõmuni, & ſuper intell. Azo. in glo. 1, nunc hec perſtrinxiſſe placuit, ut intelligatis quorſum ego tendam, & ne tranſuerſos uos rapi permittatis ab argumentis Doctorum, que ſatis leuia ſunt, & ex ſupraſcriptis omnia tolli poſſunt, que tamen infra plenius pertractabo.

21 PRIMO Nota ex iſto textu quod magiſtratibus conceſſum eſt ius mulctandi contumaces & inobedientes pro defenſione iur. ſuæ.

INTELLIGE Magiſtratus, eos qui habent imperium & poteſtatẽ, ut ſunt proconſules & pretores & alij qui habent imperium & poteſtatem iubendi & cogendi. l. eum qui. ff. de iur. om. iud. tradit hic Sozin. nu. ij. probat tex. in. l. aliud §. fin. ff. de uerb. ſig. & in. l. ij. §. fin. ff. de iudi. & in. l. eos. C. de mod. mulct. de quib. inf. uidebimus, hoc etiam probat tex. noſter, nam propoſita regula affirmatiua in magiſtratibus, deinde excipit eos, qui carent imperio. hoc eſt duum uiros qui non habent imperium. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. remanẽt igitur ſub regula magni magiſtratus qui habent imperium, quia ex cep. firmat regulam. l. nam ꝙ liquide §. fin. ff. de pen. legat. l. queſitum §. deniq; & ibi Bart. not. ff. de fund. inſtruct. §. ut autem iuncta ibi glo. in auth.

de

de non alienan.uel permut.reb.ecc. col.ij.

PROBATVR Etiam ex rub. huius tit. dicit enim ſi quis iuſdicenti non obtemperauerit, uult dicere, ſi quis non obtemperauerit iudici aliquid precipienti aut imperanti, obtemperatio enim preſupponit imperium in eo cui obtemperatur, iuxta illud Virg. Imperio læti parent, alioqui ſi non haberet imperium, fruſtra imperaret, & ei non eſſet obtemperandum. l. fin. & ibi doct. ff. de iur. om. iud. hic autem preſupponitur quod mulctandus eſt ille, qui non obtemperat, ergo preſupponitur quod hic iuſdicens habet imperiũ, Item iuſdicẽtis appellatione ſignificatur qui habet imperium ſaltem mixtum, ut late probaui cõtra cõem ſententiam, ſupra in rub. huius tituli, & ſic regula eſt firma, ꝙ magiſtratus magni habentes imperium, mulctare poſſunt, & hoc nemo negat, ſed dubium eſt an etiam alij minores poßint mulctare, de quo ſtatim dicam. 12

NOTA Secundo ꝙ duum uiri non habent ius mulctandi, ita probat egregie hic tex. dum primo ponit regulam affirmatiuam de magiſtratibus qui poſſunt mulctare, poſtea excipit duum uiros, qui ſunt minores magiſtratus, cum ergo excipiantur, non includuntur in regula affirmatiua, nam excep. uiciat regulam in caſibus exceptis. l. 1. & ibi glo. Bar. & Dec. ff. de regu. iur. l. in his & ibi glo. Bart. ff. de legib, & recte dicimus ꝙ non poſſunt mulctare, quia hec poteſtas eſt imperij, quo imperio carent hi magiſtratus. d. l. nec magiſtratib⁹. ff. de iniur. ergo etc. l. ea que. ff. ad municipal. 13

14 IDEM Probat tex. in. l. ij. §. fin. ff. de iudi. ubi ait ꝙ poteſtas mulctandi his data eſt, qui habent publicum iudicium, hoc eſt magnis. non alijs, niſi hoc ſpecialiter eis ſit permiſſum, intelligo enim ego publicum iudicium, hoc eſt eum apud quem poteſt inſtitui accuſatio publici iudicij, pro ut intelligit ibi glo. & Iaſ. hic, quicquid dicant hic doct. quibus poſtea reſpondebitur, Publica autē ſunt iudicia criminalia de quibus fit mentio in. l. 1. ff. de pub. iud. & inſt. eo. titu. in princ. ita accipitur publicum iudicium in. l. non diſtinguemus §. Iulianus. ff. de arbit. & ſic erit ſenſus quod magni tantum magiſtratus mulctare poſſunt, alij non poſſunt, niſi ſpecialiter ſit permiſſum, municipales itaque non poterunt, quia non habent publicij iudicij poteſtatem, ideſt non ſunt de magnis, & quia nō eſt eis ſpecialiter permiſſum à lege, Poſſunt etiam illa uerba publicum iudicium accipi. pro his qui habent publicum tribunal. ꝙ in idem recidit, nam non oēs iudices habent tribunal. ſed tantum magiſtratus magni ut inquit Bud. in annotat. in. l. 1. ff. de iud. alij habent ſubſellia hoc eſt inferiores ſedes ut inquit Aſcon. & colligitur ex. l. 1 §. ſuſpect. ff. ad Turpil.

15 IDEM Probat tex. in. d. l. aliud §. fi. ff. de uerb. ſign. ibi, mulctā, is dicere pōt, cui ad iudicatio data eſt magiſtratus enim ſolos, ut preſides prouinciarū, poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt, uult dicere ꝙ magiſtratus ſoli ut preſides, ideſt, quales ſunt preſides, mulctare poſſunt, & ſic magni tantum, alij legunt magiſtratus enim ſolos, et preſides, tūc eſt ſenſus, ꝙ Rome, ſoli magiſtratus mulctant, in prouincijs

ſoli

ſoli preſides, & ſic rome omnes magiſtratus poſſunt mulctare, ratio eſt quia habent imperium. l. cum pretor §. 1. ff. de iud. In prouincijs ſoli preſides, ideſt rectores prouinciarum, nam preſidum app. generalis eſt. l. 1. ff. de off. preſid. ergo excluduntur magiſtratus municipales, & defenſores, qui ſunt in puincijs, quia ut dixi in prouincijs ſoli rectores prouinciarũ mulctare poſſunt, nam ad hoc ut quis habeat mulctandi poteſtatem, non ſufficit quod ſit magiſtratus, bene hoc eſt neceſſarium ꝙ ſit de magiſtratibus, ut hic, in uerb. magiſtratibus et. d. l. aliud in uerb. magiſtratus ſolos, ſed oportet quod ſit de magnis magiſtratibus, alias ſi non ſit de magnis magiſtratibus non competit ius mulctandi. niſi ſpecialiter fuerit datum, quod infra latius oſtendetur, Sequitur ex his quod nõ erit bonum argumentum, ſi quis dicat talis habet iuriſdictionem ordinariam, & equiperatur ordinario, ergo poteſt mulctare, quod argu. hic ſæpe inculcant Doct. nam dico quod non debent admitti huiuſmodi argum. quia ſunt inania et fallaciſsima, nec etiam illud, eſt maior ordinario, ergo põt mulctare, ſed ad probandum ꝙ quis habeat mulctandi poteſtatem, oportet probari uel ꝙ eſt de magnis magiſtratibus, qui habẽt tribunal, uel quod illi ſpecialiter data eſt poteſtas iſta, per ſupra dicta, et per ea quæ infra latius deducam.

NON Omitto *quod in tex. in. d. l. aliud adſunt* 16
hæc uerba, mulctam is dicere poteſt, cui ad iudicatio data eſt, interpretatur ibi Alciat. *adiudicationem, ideſt merum imperium ex uetuſtiſsimo iure. xij. tab. nam olim qui non erat ſoluendo adiudicabatur credi-*

toribus, & dabatur eis facultas partiẽdi & diuidendi corpus debitoris inter ſe, et ſic poterat necari cru deliter, de quo meminit Gell. lib. xx. noct. attic, cap. 1. & per conſequens qui ſic adiudicabat, exercebat imperium, ideſt gladij poteſtatem.

EGO Dico quod iuriſconſ. non reſpexit ad tam ueterem, et tam inhumanã adiudicationẽ, maxime quia obſoleuerat, ut teſtatur gell. d. c. 1. lib. xx. ſed reſpexit adiudicationem, de qua fit mentio in legibus noſtris, et quæ erat in uſu, tẽpore legum noſtrarũ, alioqui cum tempore compilationis, & etiã tempore quo uiuebat Vulpianus eius legis author, amplius non eſſet in uſu illa immanis & barbara adiudicatio, & ſic cũ illam nemo haberet, ſequeretur quod nemo habuiſſet poteſtatem mulctandi.

17 DIC Ergo quod ſecundum leges noſtras adiudicatio eſt translatio dominij ab uno in alterum. l. ij. & ibi glo. in uerb. adiudicatione & . l. iij. ff. finium regu. inſtit. de off. iud §. fin. hæc adiudicatio habet locum in caſibus de quibus fit mentio in §. ſi familie cum ſeq. inſt. de off. iudic. et in pignore creditori adiudicando quod fit authoritate principis. l. fin. C. ſi in cauſ. iudic. pigno. capt. ſint, ideſt per magiſtratus authoritate principis, ut ibi declarant Bal. & Salicet. & declarat Sali. in. l. ordo. C. de execut. rei iudicat. & Negu ſan in tract. de pigno. in primo membro. vi. parte nu. x. & in pignoribus uendendis frequens eſt hæc trãs latio dominij, ſeu adiudicatio, et fit per decretum pretoris. l. 1. ibi authoritas iubentis & . l. ij. in uerb. decreuit. C. eo. titu. ideo ad magnos magiſtratus hæc

cura

cura pertinet.l.ordo ubi Bal.C.de execu.re.iudic.facit tex.in.l.iiij §. duas in uers.ſi forte.ff.de dam.infect.maxime attenta illa communi concluſione Doct. quod talia decreta per que quis iubetur poßidere,uel per quæ dominium addicitur ſeu ius acquiritur, non poſſunt interponi per huiuſmodi minimos magiſtratus,ut per Bart.in.d.l.iiij.§.ſi infra.ff.de damn.infect.& in.l.necquicquã §. ubi decretum.ff.de off.proconſ.& per Alex.in.l.iubere.ff.de iur.om.iud.nu.v. uſque ad nu.x. ubi atteſtatur communem Dec.in.l.cognitio §. ut poſſeßio.ff. de off.eius cui mand.eſt iur. hæc poteſtas magna eſt, quia poteſt auferre dominiũ uni ex cauſa legibus inſerta, & dare alteri, quod uix poteſt princeps,per ea quæ tradunt canoniſt. in c. quæ in eccleſiarum extra de conſt.

IDEO Non paßim data eſt hæc adiudicatio omnibus, ſed preſidibus tantum in prouincijs.d.l.aliud, & ſic magnis magiſtratibus, non paruis,Rome autem omnibus magiſtratibus,quia habent imperium,ut dixi.

CVM Ergo dicit lex pro illi mulctare poſſunt quibus adiudicatio data eſt, intelligit de magiſtratibus,qui habent imperium,quia adiudicationem nõ habent niſi tales, ut patet ex his que paulo ante diximus, & ſic probatur &.d.l. aliud, quod in prouincijs ſoli preſides habent adiudicationem,et per conſequens mulctandi poteſtatem, minores non habent.d.l. ij §.fin.ff.de iudic.de qua re infra latius tractabitur,nam glo.ibi ex ponit adiudicationem pro iuriſdic. cuius ſententiã pobant hic Doct.communiter ſed errant,

rant, ut poſtea latius demonſtrabo.

18 NOT. *In uerb. conceſſum, quod hæc materia mulctandi eſt de genere prohibitorum, dicit enim conceſſum, hoc eſt permiſſum, et indultum, cōſequens eſt ergo, quod niſi fuiſſet permiſſum, non competeret, & loquitur de magnis magiſtratibus, non competeret ergo hæc poteſtas, niſi fuiſſet cōceſſa, et permiſſa, alioqui ſi competeret fruſtra fuiſſet permiſſa & conceſſa, nam fruſtra conceditur quod iure communi competit. l. unic. C. de Theſ. lib. x. & lex quæ aliquid concedit, preſupponit quod illud regulariter ſit prohibitum. l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iur. ubi quia in caſu profectionis permiſſum eſt quod poßit mādari iur. ſpecialiter tributa, intelligitur quod regulariter mandari non poterat, facit tex. in. l. qui teſta §. mulier. ff. de teſt. ubi ex contrario, quando aliquid in ſpecie uetatur, intelligimus quod regulariter erat permiſſum, quod etiam probat tex. in. l. ex eo. ff. de teſtibus, & quod non competat niſi ſpecialiter tribuatur, probat, tex. in. l. ij. in fi. ff. de iudic. ibi niſi hoc ſpecialiter permiſſum eſt, ꝓbatur ēt hoc notabile per tex. in. l. aliud in uerb. permiſſum. ff. de uerb. ſig. inducendo ut ſupra dixi, ꝟ optimū igitur erit argu. nō reperitur cōceſſa hæc poteſtas mulctandi, ergo non competit, nec ſufficeret dicere, licet non ſit conceſſa, tamen nec etiā eſt prohibita, prout hic argumētatur Alex. col. iij. nu. ix. quia dico ꝙ non ſufficit quod non reperiatur prohibita expreſſe, ſed oportet quod ſit conceſſa à lege.*

19 ITEM Oportet quod ſit *conceſſa ſpecialiter, & nominatim ut in. l. ij. in fin. ff. de iudic.*

Fateor

Fateor tamen quod magnis magiſtratibus ex generali conceſsione, & ex generali priuilegio competit, ſed alijs nõ poteſt cõpetere, niſi ſpecialiter ſit tributa. d. l. ij. in fin. ff. de iudic. & quod etiam magnis competat ex permiſsione, patet ex. d. l. aliud in uerb. permiſſum & ex hac. l. noſtra in uerb. conceſſum.

EX Hoc ſequitur quod non erit bonum argu. ſi quis dicat, quod licet non ſit data, tamen non eſt adempta ut dixi, quia dico, quod oportet probare quod eſt data, & conceſſa hæc poteſtas mulctandi, ut hic.

ITEM Non ſufficit dicere quod data eſt iuriſdic. in genere, & ſic ſunt data omnia ſine quibus iur. explicari non poteſt. d. l. ij. ff. de iur. om. iud. quia illud procedit quo ad alia remedia ſine quibus iur. explicari non poteſt, ſed quo ad mulctam oportet probare, ꝙ ſpecialiter, ideſt nominatim data ſit, & expreſſe. d. l. ij §. fi. ff. de iud. non autem in genere, nec tacite, pro ut loquitur text. in. d. l. ij. ff. de iur. om. iud, ℣ ſequitur etiam aliud, ꝙ non ſufficit dicere habet caſtigandi poteſtatem, ergo etiam mulctandi, quia non omnis qui punire poteſt, mulctare poteſt. d. l. aliud in fi. ff. de uerb. ſign. nec ualet argu. à maiori ad minus, ſed oportet probare quod hec poteſtas data eſt ſpecialiter, & nominatim, & in ſpecie, & expreſſe, non autem per argumen, nec per coniecturas, nec tacite, nec in genere, & hoc ſepius inculco, quia in hoc ſtat cardo rei, Ideo menti hec tenenda ſunt.

NOT. Quarto, quod non eſt permiſsam ſimpliciter et indiſtincte magiſtratibus, ꝙ poſsint mulctare, 20

ſed ita

ſed ita demum, ſi fecerint ad defenſionem iuriſdic. ſue non poterunt ergo ex iracũdia, nec exparticularibus inimicitijs mulctas exercere, nec etiam ſine cauſa, nec omnis cauſa ſufficit, ſed id fieri debet iuriſdictionis defendende cauſa, & ſic ex contumatia que iuriſdictionem contemnat, de qua re infra dicam.

FACIT Tex. in l. eos §. fin. C. de mod. mulct. ibi nec putent factu facile eſſe, ut precipiti perſuaſione condemnent quem culpa non grauat & in princ. ibi erga perſonas eorum quos culpa reddit obnoxios & in §. proconſularem, ibi, ſi mulctandi neceſsitas imminebit, & in l. ij. §. 1. ibi ex cauſa. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. & requiritur dolus, ideo ruſticitati parcitur, ut ibi ait tex. que omnia nota pro limit. regule tradite in tex. noſtro.

21 NOT. Quinto q; non eſt data poteſtas mulctandi in immenſum, nec equalis oĩbus, nec in omni caſu, nec ubique, ſed quilibet poterit mulctare ſecundum ius poteſtatis ſuæ, ideſt ſecundum imperium & ſecũdum modum ſibi datum, facit tex. in. d. l. ij. §. 1. ibi, pro iuriſdictione iudicis. ff. ſi quis in ius uocat. quæ ptãs eſt limitata in. l. eos. C. de mod. mulct. ubi ter tantum in anno poteſt quis mulctari. d. l. eos §. id quoque, & preſides ſummam duarum unciarum auri in mulctando non excedunt, Proconſules ſex unciarum, cæteri ſpectabiles iudices, et qui uice Impatoris adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, trium unciarum ſummum non excedunt. Quem modum ſi iudex exceſſerit, non ualebit quod actum fuerit in. l. certa. C. quando prouoc. nõ eſt neceſſ. Amplius dico, quod ſi modum

exceſſerit

exceſſerit, iudex ipſe mulctam ultra modum indictam cogitur inferre fiſco ex ſuo, et duplum ſarcire mulcta to. d. l. eos §. pen. C. de mod. mulct. & incompetens iudex non mulctabit licet aliàs habeat ius mulctandi. d. l. ij. §. 1. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. quæ omnia notate pro delaratione tex. noſtri, de quibus infra latius tractabitur.

FXPEDITIS Notabilibus, antequã ueniam 22
ad gloſſas, nolo uobis relinquere ſcrupulum, qui forte multos torquet, durum. n. uidetur plæriſq; quod mulctare non poßint etiam parui magiſtratus, qui corporales penas infligere poſſunt, que ſunt pecuniarijs atrociores. l. in ſeruorum in fin. ff. de pen. quales poſſunt imponere defenſores ut in §. audient in auth. de defenſ. ciuit. & in. l. defenſores nihil, in uerb. à contrario. C. eo. titu. & magiſtratus municipales ut in. l. magiſtratibus in uerb. modica caſtigatio. ff. de iur. om. iud. & in. l. duum uirum in uerb. faſcium poteſtatem. C. de decur. lib. x. & in. l. ſi quis uxori §. ſi fugitiuus. ff. de furt. Preterea mirum uidetur quod magni magiſtratus quibus amplißima poteſtas in uitam hominis data eſt. l. illicitas §. qui uniuerſas. ff. de off. preſid. parce tamẽ mulctare poſſunt, cur enim tam parcus fuit imperator in danda poteſtate imponendi mulctas pecuniarias, qui tã largus fuit in danda poteſtate necandi homines? cur magis confiſus eſt in re magna, et irreparabili, quam in minori, et reparabili? de magiſtratu ſuo? ſcio hic ſcrupulus torquet plæroſq;, de quo tamen aliquid dixi ſupra in ratione dubitandi, et decidendi & pollicitus

ſumme

ſum me latius tractaturũ, Si dixero uobis quod hæc ſunt iuris poſitiui, & quod dependent penitus à uoluntate et ab arbitrio principis, et quod propterea nõ debet reddi ratio, ſed ſufficit quod ſic placuerit principi. l. 1. in uerb. placuit. ff. de conſt. princ. iuncta. l. quia poterat. ff. ad Trebell. facit tex. in. l. non omnium cum. l. ſeq. ff. de leg. & glo. in. l. 1. in uerb. ratus in §. pueritia. ff. de poſtul. Nõ erit ſatisfactũ uoto, et deſiderio ueſtro, tamen ſi ſani eſtis iudicij uobis ſatisfactum eſſe deberet, per text. ſupra alleg. & per ea que tradunt late Fel. et Dec. in. c. ſi quando de reſcript.

23 NIHILOMINVS Vt ſatisfiat deſiderio ueſtro, dico quod pene ſunt certe. & à lege prefixe, mulcte autem dependent à mero iudicis arbitrio. l. ſi qua pena in fin. ff. de uerb. ſigni. l. aliud §. inter eod. tit. & ſic nõ ipſe iudex infligit penas, ſed lex ipſa miniſterio iudicis, Ideo ſolemus dicere. quod in delictis, facti tantum inquiſitio eſt in poteſtate iudicantis, ſed pena, ex lege ipſa proficiſcitur, nec enim ipſius arbitrio mandatur, ſed legis poteſtati reſeruatur. l. 1. §. non utiq;, uers. & quamuis. ff. ad Turpill. & ſic minus facit iudex in penis imponendis, qui exequitur tantum legis uoluntatem, quàm in mulctis irrogandis in quibus ſuam ipſius uoluntatem exequitur.

SECVNDO Dico ꝙ qui mulctat proprie iniurie uindictam ſumit, qui uero alia delicta cohercet, alienã iniuriam exequitur, nõ nego quin in utroq; caſu uerſetur publica utilitas, ſed dico ꝙ uno caſu contemptũ ſuæ iuriſdictionis ulciſcitur, et ſic propriã iniuriam,

iuriam, alio caſu alienam uindicat.

IDEO *Parcius datum eſt ius mulctandi argu. tex.in.l.ſcientiam §.pen.ff.ad.l.aquil. & ibi glo.in uerb.ulciſcendi, facit tex.in.l.unic.C.ne quis in ſua cauſ. iudic. & per hec puto ſublatum eſſe ſcrupulum his, quibus durum uidetur quod poteſtas mulctandi nō paßim data ſit omnibus iudicibus & non in immenſum ad eorum arbitrium.*

VNVM *Etiā nolo omittere q̧ attinet ad tex.* 24
in.d.l.aliud §.inter.ff.de uerb.ſigni.dū ait q̧ mulcta eſt ſpecialis peccati, pena autem omnium delictorum cohertio, quem tex. non intellexit Alciat.preceptor, putat enim quod accipiatur de quolibet delicto in genere, puta de furto, de homicidio, quia continet plura crimina eiuſdem nature, & ſic delicta nominata appellat generalia, ſpeciale autem peccatum appellat, id quod eſt innominatum, & pluribus ſpecialibus uerbis ad illud explicandum opus eſt, ut in contumace qui iudicē contemnit, qui temere appellat, & aliquid aliud ſimile delinquit, nam hoc delictum non uno generali uerbo deſignatur, ſed pluribus uerbis ſpecialiter deſignatur.

EGO *Dico quod nil uetat quin quemadmodum unico uerbo, dico furtum ac furem, homicidiū homicidam, & ſimilia, ita etiam poßim dicere, contumacem, contumaciam, inobedientem, inobedientiam, nec eſt magis ſpeciale illud quod eſt innominatum & pluribus uerbis eget ut oſtendatur, quàm nominatum, & quod unico uerbo ſignificari poteſt, nec minus plura delicta eiuſdem nature continet ſeu complecti=*

tur contumacia, quam furtum aut homicidium, nam plures cõtumaces eſſe potſſũt, et diuerſimode cõtumaces, quemadmodũ etiam plures furtũ facere poſſunt.

DIC *Igitur quod pena eſt cohertio omnium delictorum, ideſt cõuenit omnibus delictis, cuiuſcunq; ſint generis, & cum dicimus penam, poſſumus intelligere de cohertione cuiuſcunq; delicti, & ſic non magis conuenit uni delicto quàm alij, & ſic eſt generale nomen, nam cõprehendit corporales & pecuniarias penas, & comprehendit cohertionem cuiuſcunq; delicti, ſiue ſit atrox, ſiue ſit leue, ſiue ſit furtum, ſiue homicidium, ſiue aliud quodcunq;.*

MVLCTA *Autem eſt cohertio ſpecialis delicti, ideſt mulcta non eſt nomen generale, nec cõtinet cohertionem omniũ delictorum, ſed unius tãtum, ideſt contumacie, et ſic eſt cohertio ſpecialis peccati, nõ autem peccatorũ omnium, uerba enim, ſpecialis peccati, opponuntur. uerb. omnium delictorum, & ſic inuicem declarantur precedentia ex ſeqnentibus, & ſequentia ex precedentibus. l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. cum ſimilib.*

POTEST *Etiam intelligi quod mulcta eſt cohertio ſpecialis peccati, ideſt indiuidui, puta petrus fuit contumax, puta non ueniendo, mulctatur in centum, hæc eſt pena indiuidui illius, quia ſi alius eodem modo delinquat, nõ tenebitur iudex eandem mulctam infligere, quam petro impoſuit, licet ſit par delictum, & par perſona, ſed uel mitius uel grauius puniri poterit arbitrio iudicis, & ſic eſt pena indiuidui, non autem omnium ſimilium peccatorum.*

IN Alijs delictis contra eſt, nam pena eſt certa, ideo quemadmodũ punitus fuit petrus, ita etiam quilibet alius punietur eadem pena, quando par eſt conditio delicti & perſone, & ſic pena eſt omnium delictorum eiuſdem generis, ideſt ſemper eadem imponitur in omni delicto eiuſdem generis, ſecus eſt in mulcta quæ ex arbitrio iudicis uariari poteſt, & ita remanet declaratus text. in. d. l. aliud. §. inter in princ. ff. de uerb. ſigni. mihi tamen magis placet prior ſenſus, licet uterq; poßit ſuſtineri.

GLO. 1. in uerb. duumuiri diuiditur in quatuor particulas ut hic per Iaſ. col. iij. uerſ. capio, glo. et Cagnol. nu. xxvi. uerſ. pro declaratione. 2. eſt in uers. & hoc olim. 3. eſt in uerſ. alij contra. 4. eſt in uers. ſed dic. 26

IN Prima parte exponit tex. interpretando duũuiri ideſt defenſores municipiorum uel ciuitatum.

IN Secunda obijcit contra tex. & ſoluit obiectum, et ſoluendo dat intellectũ legi, et affert nouam lectionem, uult enim quod legatur taxatiue, hoc modo uidelicet, omnibus magiſtratibus non tantum duũuiris etc. & ſic uult quod non tantum duumuiri, ſed etiam alij omnes magiſtratus poßint mulctare.

IN Tertia parte ponit alium ſenſum precedenti penitus contrarium, & recedit à taxatiua, et uult q́ legatur exceptiue, hoc modo uidelicet, oĩbus magiſtratibus, non tñ duumuiris etc. & eſt ſenſus quod oẽs magiſtratus exceptis duumuiris, ideſt magiſtratibus municipalibus, poſſunt mulctare cõtumaces, ſecundum modum à lege preſcriptum.

IN Qurta parte concordat opiniones ſuſtinendo tamen lectionem exceptiuam, et uult quod tex. noſter loquatur de magnis mulctis, & erit ſenſus quod omnes magiſtratus, exceptis duumuiris poſſunt magnas mulctas imponere contumacibus ſecundum modum à lege preſcriptum.

HEC Eſt intentio glo. diſcutiamus nunc ſingulas eius partes, & uideamus in quibus et quatenus uerum dixerit.

27 QVO Ad primam partem glo. aduertendum eſt ad duo, primum quod exiſtimat duumuiros & defenſores ciuitatum idem eſſe ſecundũ q̃ facit differentiã inter municipium & ciuitatem, & ſic innuit quod magiſtratus municipiorum, ſunt magiſtratus caſtrorum & uillarum, ad differentiam ciuitatum, concordat glo. in. l. legatis in uerb. municipiorũ. ff. ex quib. cauſ. maio. Idem crediderunt odofred. & Azo. ut refert Alciat. in. iij. lib. diſp. c. v. in princ. Idem probat Sozin. hic nu. iij. uerſ. quib. ſuppoſitis.

28 EGO Dico quod in utroq; caſu fallitur glo. Primum dico quod municipia nõ ſunt caſtra nec uille, ſed ſunt ciuitates, nec quidem omnes ciuitates municipij nomine appellari merebantur, ſed ille tantum ciuitates, quæ ita in amicitiã populi Romani recepte erãt, ut muneribus et honorib⁹ populi romani fungeretur, abuſiue tamẽ poſtea receptum eſt, ut omnes ciues uniuſcuiuſq; ciuitatis, municipes appellarentur, licet non fungantur muneribus po. Romani, & ſic omnes ciuitates municipia hodie appellãtur. l. 1. ff. ad municipal. & ibi glo. in uerb. proprie, & quod municipia ſint ci

uitates

uitates probat glo.in.l.ſacra.§.fin.in uerb.muros.ff. de Rer. *diuiſ. ubi exponit muros municipales ideſt muros ciuitatum, melius probat glo.in.l.de die.§. tutor, in uerb.municipium.ff.qui ſatiſd.cog.* Alcia. *late in.iij.lib.diſpunct.c.v. ſuper quo etiam uidendus eſt* Gell.*in lib.xvi.c.xiij.& glo.in.l.in honorarijs.§.fin. in uerb. duũ uiros.ff. de actio. & oblig. dicit tamen* Alex.*in.d.l.de die in.d.§.tutor nu.ij.quod municipiũ eſt uerbum indiferens, ſignificans tam caſtrum quàm ciuitatem, idem ait glo. in.d.l.1.ff.ad municipal. in uerb. proprie, ſuper quo ego non diſputo, quia uocabulorum diſputatio pertinacibus eſt relinquenda iux. glo.&* Doct.*in rub.ff.ſol.mat.*

ILLVD *Tantũ uos moneo,et huc tendunt om- nia que dixi,ne credatis quod quãdo fit mentio de magiſtratibus municipalibus, agatur de uillarum aut caſtrorum magiſtratibus, & dato quod etiam hi cõprehendi poſſent, ne credatis, quod uilitas magiſtratuũ ex loco deducatur, & ſic non ex paruitate loci, ſed ex ſua poteſtate eius dignitatem metiri debemus.l.fi. ibi pedaneos iudices, hoc eſt eos qui humiliora negotia diſceptant.*C.*de pedan.iudic. non ergo ex qualitate loci, ſed ex qualitate negotiorũ cognoſcimus qualitatem magiſtratus, nam fieri poteſt quod in minimo oppido erit magiſtratus qui habeat ſummum imperiũ, prout hodie uidemus ferè in omnibus caſtris, & uillis infeudatis, horum enim magiſtratus habent merũ imperium, quod ſibi datum eſt, uel à domino loci, uel à principe, è cõtra uidemus aliquos eſſe officiales in maximis ciuitatibus qui habent modicam iuriſd. prout* 29

ſunt officiales cõmunis de quibus loquitur hic Bald. col. 1. nu. ij. uerſ. ſecũdo, & iudices appellationum, de quibus loquitur glo. in. l. cum ſententiã in uerb. officio. C. de ſentẽt. & interlocut. iudic. & cõſules mercatorum, et alij iudices aliquorũ collegiorũ, qui nihil cõtra legẽ moliri poſſunt. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iact. & non habent imperium, & ſic poteſtatem iubendi, niſi à Principe hoc fuerit, datũ, uel confirmatũ ut dixi in. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. Hodie non habemus hos magiſtratus municipales, de quibus in legibus noſtris fit mentio, quemadmodum etiam in alijs magiſtratibus ferè omnia ſunt mutata, & nomen et poteſtas, Nam cura creandorũ magiſtratuũ ad principem pertinet. l. 1. in princ. ff. ad. l. iul. de ambit. c. 1. tit. quæ ſint regalia in uſib. feudo. et nulla iuriſdictio apud aliquẽ reſidet niſi q̃tenus ei tributa eſt à Principe, ut not. glo. in tit. de pac. conſt. in uerb. criminalibus & Bal. in auth. caſſa. C. de ſacro. eccl. Cagnol. in. l. ij. in prima parte uerſ. fin. nu. cxc. ff. de orig. iur.

30 IDEO Summopere aduertendum eſt, quia doct. qui tenuerunt magiſtratus municipales poſſe mulctare, decepti ſunt, primo quia ignorauerũt hiſtorias, ne ſcientes, qui & quales antiquitus eſſent magiſtratus municipales, qualemq; et quãtam haberent iuriſ. Secũdo quia extimauerunt hos magiſtratus eos eſſe qui in caſtris & uillis hodie ius dicunt, quos tamen unico argu. confundere uolo, nam ſi ex tempore preſenti, et ex moribus preſentibus metimur poteſtatem antiquorum, & ſi putandum eſt quod magiſtratus caſtrorum, ſint illi, quos antiqui appellabant municipales,

les, item ſi habebant eandem poteſtatem, quam nunc habēt pretores caſtrorū et uillarum, iam fateri opor tet quod olim magiſtratus municipales haberent etiã merum imperium, et ſic gladij poteſtatem, nam uide= mus ꝙ hodie hanc poteſtatem habent ferè oẽs preto= res caſtrorum et uillarum, hoc tamen nemo fatebitur in magiſtratibus municipalibus antiquis, quia eſſet contra text. in. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & in. l. ea quæ. ff. ad municipal. & contra communem opin. Doct. *in. l. imperium & in. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

I D E O Inepte *argumentantur illi, qui dicunt quod magiſtratus municipales habebant poteſtatem mulctandi, ex quo hodie poteſtates uillarum, & ca= ſtrorum eandem habent, et quod ex conſuetudine ita obſeruatur, quæ eſt optima legum interpres. l. ſi de in terpretatione. ff. de legib. quo argum. hic utitur* Ca= *gnol. putãs ſe hac reſpõſione omnes ſcopulos euaſiſſe.* 31

E G O Dico *quod iſti pretores non habent hanc poteſtatem generalem ex conſuetudine, ſed ex indul= to domini uel principis uel ſtatutorum, alioqui qui nõ habet nec à domino nec à principe nec ex lege munici pij eam nõ habet, nec exequitur, & caſu quo hoc ex conſuetudine ſit introductum, ex hoc non probatur quod illi magiſtratus municipales antiqui eam habe= rent poteſtatem antiquitus,* Immo *probatur contra= rium, nam ſi lege competiſſet, conſuetudine opus non fuiſſet,* Deniq; *non habemus hodie hos magiſtratus municipales, ideo fruſtra argumẽtãtur* Doct. *de his ad illos, qui hodie in caſtris imperium exercent, nulla eſt*

.n.inter iſtos cōparatio nec ſimilitudo, ſed debent inuenire aliquos magiſtratus paruos et carentes impio, ſi hodie alicubi extant, & inter iſtos facere comparationem, quāquā & hoc periculoſum eſſet, quia magiſtratus noſtri temporis nullam habent iuriſdic. niſi quatenus conceßū eſt ſtatuto, uel conſtitutione principis, ſecundum glo. in titu. de pac. conſt. in uerb. criminalib. & Bal. in auth. caſſa. C. de ſac. ſanct. eccle. & Alex. in conſ. xxiiij. col. 1. uol. v. ſoz. conſ. cclxxv. col. vij. Dec. conſ. viij. col. 1. Cagnol. in. l. ij. in prima part. uerſ. fin. col. pen. nu. cxc. ff. de orig. iur.

32 REDEVNDO Ad glo. dum exponit duumuiros ideſt defenſores, ego dico quod fallitur, & melius expoſuiſſet ideſt magiſtratus, nam re uera non ſunt idem, magiſtratus municipales, & defenſores ciuitatum. Patet ex diuerſitate nominum. l. ſi idem. C. de Codicill. & ex diuerſitate titulorū, nam in Codice ſeparatus eſt & diſtinctus titu. de defenſ. ciuit. à titu. de magiſt. municip. & ita ſentit Dec. in. l. magiſtratib. ff. de iuriſd. omn. iud. & ita argumentatur in ſimili ex diuerſitate titulorum. Neguſant. in tract. de pigno. & Hippot. in tertio membro tertia part. nu. ij. uerſ. ſed quod, Et ꝙ differant hæc inter ſe, colligitur etiam ex tex. hic allegato per glo. in. l. fi. C. de iud. quo in loco, hæc tanquam diuerſa ponuntur, ibi, uel apud defenſorem locorum, uel duumuiros municipales, & paulo inf. circa fin. ibi uel defenſoris locorum, uel magiſtratuum municipij, nam particula uel ponitur inter diuerſa Bald. in. l. filij in prima oppo. C. de collat. Preterea defenſor erat unicus in ciuitate,

magi=

magiſtratus municipales erant duo, ut colligitur ex d.l. fin.C. de iudic.

ITEM *Magiſtratus municipales ex decurionibus eligebantur.l.1.ff. de alb.ſcrib.l.1.C.de magiſt. municip.l. honores.ff.de decurio. Defenſores autem non ex decurionibus eligebantur,ſed ex alijs. l.ij.C. de defenſ. ciuit. & in Auth.eo.titu §. interim, ita etiam ſentit Alciat.lib.iij. diſpunct. cap.v. ſuper hoc tamen non inſiſto, quia quo ad preſentem materiam parum refert, utrum duum uiri & defenſores ciuitatum ſint idem.*

ILLVD *Non puto omittendum quod Duumuiri & magiſtratus municipales idem ſunt, & licet hoc parui momẽti uideatur, tamen multum confert ad intellectum legis noſtre, & ex infra dicendis apparebit, quod autem ſint idem Duumuiri & magiſtratus municipales colligitur ex tex.in.d.l. fin.C.de iudic.quos enim ibi primo lex uocauerat Duumuiros municipales,eoſdẽ paulo infra uocat magiſtratus municipales, idem etiam colligitur in.l. iiij §. duas.ff.de damn.infect.quos enim primo appellat lex magiſtratus municipales in.d.l. iiij §. duas & in.l. 1.eo.titu. deinde eoſdem uocat duumuiros in.d §. duas in uerſ. & ſi forte, & ita exponit ibi glo. in uerb. duumuiros, & ita ſe habet uera & cõmunis opinio, & ita hoc in loco tenent cõmuniter Doct. quod accipiantur duumuiri pro magiſtratibus municipalibus, ſunt autẽ hi magiſtratꝰ parui,et licet haberẽt inſignia faſciũ.l. duũuirum.C.de decur.lib. x. tñ carebant poteſtate & imperio.l. Nec magiſtratib.ff. de iniur. l. ea quæ* 35

ff. ad municipal. & humiliora tantum diſceptabant. l.fin.C.de pen.iud. & ſic erant minimi magiſtratus, ut omnes fatentur, in.l.imperium.ff. de iuriſd. omn. iud. & im.l.1.ff.de off.eius ubi glo.in uerb.tribuuntur, & ſunt minimi nõ ex qualitate loci cui preſunt, ſed ex qualitate & quantitate iuriſdictionis quam habent, licet aũt careant imperio ut dixi, habent tamen iuriſdictionem contentioſam.l.ea quæ.ff. ad municipal. fatentur cõmuniter Doct. in.d.l. imperium. ff.de iuriſ.om.iud. & habent aliquale imperium, ideſt modicum caſtigationem, ſaltem in ſeruos .d.l. magiſtratib.ff.de iuriſd.om.iud.l.ſi priuatus. ff. qui & a quib.l. duumuirum.C.de decurion. lib.x. & hoc in loco accipietur de his magiſtratibus ſecundum Bart. & communiter Doct.

34 EX His ſequitur quod errauit glo.in.l. fin.in uerb. duumuiros. C. de iudic. quæ dicebat quod illi duumuiri creabãtur ſuffragio duorum, ideſt plebis et populi, cuius errorem etiam ſequutus eſt Io.de platea in.l.ſi quis magiſtratum. C.de decur. lib.x, quos tamen recte reprehendit hic Cagnol. nu.xxvij. alioqui enim ſic etiam triumuiri appellari deberent quod a tribus eſſent creati, decemuiri a decem, preterea ſi creantur à populo, nõ recte dicitur quod creantur à duobus, quia plebs eſt pars ſeu ſpecies populi, non autem aliquid diuerſum à populo, bene differt à patribus inſt.de iur. nat. gent. & ciuil §. plebiſcitum, colligitur etiam quod ſenſus Ang. non eſt uerus.

35 EX His etiam ſequitur quod errauit Ang. in conſ.viij.nu.ij. dum ait quod hic agitur de duumuiris

qui

qui erant ſummi & maximi magiſtratus, qui ſummum habebant imperium, cuius errorem ſequutus eſt Soz. in. l. 1. col. vij. circa fi. uerſ. ſexto. ff. quis & a quo appell. Nã *quicquid olim fuerit, ſatis eſt quod duumuiri de quibus in legibus noſtris fit mentio, ſunt humiles magiſtratus, ut ſupra uiſum eſt ſecundum cõmunem & ueram opinionem, ideo ſenſus ille non eſt uerus, & recte eum improbat hic* Iaſ. *col. iiij. & communiter* Doct.

NEC Eſt *ueriſimile quod de his factus non fuiſſet aliquis titu. particularis, ſi adeo eſſent magni magiſtratus.* Non *ob. tex. in. l. duumuirum.* C. *de decur. lib. x. in quo ſe fundant* Ang. & Soz. *dum ait quod non poßint ex tollere poteſtatẽ faſcium, ideſt imperiũ extra metas territorij, nam intelligitur de illo modico imperio, de quo fit mentio in. d. l. magiſtratib. & in d. l. ſi priuatus.*

EX His *etiam ſequitur quod errauerunt* odofred. & Azo. *quos refert.* Alciat. *in lib. iij. diſponent. c. v. dum exiſtimant quod hi duũuiri ſunt pretores uillarum, & caſtrorum, quorum errorem ſequutus eſt etiam* Soz. *hic num. iij. uerſ. quibus ſuppoſitis per glo. in. l. legatis. ff. ex quib. cauſ. maior. & ſic metiuntur uilitatem magiſtratuum, ex qualitate loci cui preſunt,* Ego *dico* ꝗ *ſunt minimi quia humiliora diſceptant. l. fin.* C. *de ped. iudic. & dico quod in caſtris & uillis poſſunt eſſe magiſtratus qui habeant merum imperium, & non ſolum mulctare poterunt, ſed etiã gladij poteſtatem exercere, pro ut quotidie uidemus, ergo hodie non habemus magiſtratus municipales,* 36

pales,

pales, ſed his ſimiles ſunt conſules & priores merca torum & collegiorum, & ſecundum Bald. *iudices cõ munis, habent enim modicam iuriſdictionem, nec habent imperium aliquod, niſi quatenus à principe ſpecialiter datum eſt, ideo hi non mulctant, & de his loquitur* Bald. *dum ait* ꝙ *magiſtratus qui habent iuriſ dictionem inferiorem non poſſunt mulctare* Bald. *hic in prima lect. nume. uerſ. tu dic,* Alex. col. vij. num. v. *in fin. & nume. vi.*

37 ERRANT Etiam Bart. & Iacõ. de Ra. & *pet. quos refert. hic* Bald. *col. 1. et* Alex. *num.* vi. *dum putant quod hi duumuiri nõ habebant iuriſdictionem ſed adminiſtrationum aliquam, quales ſunt procurator, & rationalis ceſaris, qui non poſſunt mulctare. l. ij. & . iij.* C. *de mod. mulct. nam licet eorum ſententia ſit uera, tamen non congruit huic legi, & de his non loquitur lex noſtra, & illi non ſunt college, nec uſquam appellatur duumuir procurator* Ceſaris, *item duumuiri de quibus fit mentio in iure noſtro habent iuriſdictionem. l. ea quæ. ff. ad municipal. l. fin.* C. *de ped. iudic. l. magiſtratib. ff, de iuriſd. om. iud.* Auth. *de defenſor* §. *audient, licet non habeant imperium ut dixi, & tex. noſter loquitur de magiſtratibus habentibus iuriſdictionem, ideo ut exceptio duũ uirorũ ſit cõ grua, oportet quod loquatur de duumuiris habentibus iuriſdictionẽ, per ea que not. glo. &* Bar. *et* Dec. *in. l. 1. ff. de* Reg. *iur.* Bart. *in. l. in his. ff. de legib.*

38 ERRAVIT Etiam Bald. *qui exiſtimauit hic agi de his qui habent uoluntariam tantum iuriſdictionem, ut ſunt comites* Palatini. *cuius errorem ſe*

quitur

quitur Soz. hic uerſ.v. nume.ix.
Nam primo dico quod lex loquitur de duumuiris non autem de comitibus palatinis, qui differunt inter ſe, nuſquã enim conſtat ꝙ comes palatinus ſit duumuir. Preterea dico quod hic agitur ſecundum communem opinionem Doct. & ueram de duumuiris, qui habebant iuriſdictionem contentioſam, ut in.l. magiſtratibus.ff.de iuriſ.om.iud. & in §. audient §. & iudicare in Auth.de defenſ. & in.l.ea quæ.ff. ad municipal. ideo fruſtra hic inculcantur comites palatini.

MAXIME *Quia regula tex.noſtri loquitur de habentibus iuriſdictionem contentioſam, alioqui nemo dubitat quod, qui habet uoluntariam tantum, non poteſt mulctare, quia iuriſdictio uoluntaria exercetur tantum in uolentes, & ſic non cadit contumatia ut hic per Dec. & cũ regula ſit de iuriſdictione contentioſa, debet eſſe excep. de eodem genere iuriſdictionis, et ſic excipiuntur duumuiri habẽtes iuriſdictionẽ contentioſam, & hi mulctare non poſſunt, fateor tamen quod uera eſt eorum ſententia, & ſic comites palatini in legitimatione facienda ſi citauerint agnatos proximiores, de quorũ preiudicio tractatur, non poſſunt eos non comparentes mulctare, ut hic tradunt cõmuniter Doct. Habetis ex his breuiter enarratos & exploſos plures intellectus ad text. noſtrum.*

RESTAT *Nunc ut examinentur alij intelle- 39 ctus de quibus hic tractat glo. Itaque glo. in ſecunda parte ait legendum eſſe taxatiue hunc text. ut ſit ſenſus, quod non tantum duumuiri, ſed etiam alij omnes magiſtratus mulctare poſſunt, & ſic omnes omnino,*

tam

tam parui, quam magni magiſtratus mulctandi ius habent, que ſententia ſecundum glo. probatur ex. l. fin. C. de ſportul. ubi omnibus iudicibus etiam delegatis qualeſcunq; ſint, datur generaliter poteſtas remouendi ab off. & mulctandi executores, qui delinquunt in officio, licet non omnium par ſit poteſtas mulctandi cum ergo delegatis detur hec poteſtas, multo magis ordinarijs data intelligitur, & etiam in alijs cauſis.

Reſponde quod ibi eſt caſus ſpecialis in delegato ut poßit executores ſeu nuncios in caſu illo mulctare, quod fatentur omnes, dum per illum text. limitant hoc in loco Regulam communem, qua habetur quod delegati mulctare non poſſunt, ius ergo ſpeciale in illo caſu arguit in ceteris regulam in cõtrarium l. quod uero contra & .l. ius ſingulare. ff. de legib. l. 2 §. 1. ff. ad municipal.

ITEM *Cum loquatur de delegatis non habet locum in ordinarijs. alioqui corrigeret tex. in. l. fin. C. de mod. mulct. ubi maiores mulcte imponi poſſunt ab ordinarijs, que correctio eſt uitanda. l. precipimus in fin. C. de appell. l. unic. C. de inoff. dotib. glo. in. c. cupientes in §. quod ſi per. xx. in uerb. petere de elect. lib. vi.*

IMMO *Nec etiam ad municipales extenditur, quia ut dictum eſt poteſtas mulctandi non datur tacite aut per coniecturas, ſed nunquam competit niſi ſpecialiter ſit conceſſa. l. ij §. fin. ff. de iudic. ut ſupra dictum eſt.*

ADDVCIT *Etiam glo. tex. in §. audient in*

Auth.

Auth. de defenſor, ciuit. & in.l. magiſtratibus .ff. de iuriſdic.omn.iud.ubi puniunt etiam corporaliter, contumatia autem eſt delictum ut per Alex.hic & per glo. & cõmuniter Doct. in §.fin.infr. hac ead.l. ergo uidetur quod etiam contumaces punire poßint ut hic per Alex. Maxime quia poſſunt penas corporales infligere.d.l .magiſtratibus.d §. audient, quod eſt longe maius quam pecuniariter punire, ſeu mulctare l.in ſeruorum in fin.ff.de pen.arg.l.non debet cui.ff. de reg.iur.l.nec in ea §. pen.ff.de adult.c.cui licet de reg.iur.lib.ſexto.

OBSTAT *Natura taxatiue, que negatiue cõcepta affirmat omnia, & applicatur caſui minus dubitabili, & implicat caſum magis dubitabilem.l. & non tantum .ff. de petit. hered . l. & eleganter §. non ſolum.ff.de dolo.l.cum non ſolum.C.de bon.que libe. Bart. & Alex. & omnes Doct. hic, exemplum, non ſolum exercitus poteſt capere caſtrum, ſed & miles, minus dubium eſt de exercitu quod capere poßit, ideo taxatiua applicatur, exercitui, non militi, ita in propoſito minus dubiũ eſt de magnis magiſtratibus quod poſſunt mulctare, quam de duumuiris, ideo debuit applicari taxatiua magiſtratibus magnis, non autem duumuiris, hoc mõ uidelicet, Duumuiris, non tantũ ceteris magiſtratibus conceſſum eſt etc. Contrarium autem factum eſt, & ſic ſtat taxatiua contra naturam ſuam, ideo glo. & Bart. & cõmuniter Doct. reiecta lectione taxatiua, putant legendum, tamen, nõ autem, tantum, & hac ratione reprobatur ſenſus ſupradictus, & taxatiua lectio, & erit ſenſus quod duumuri non* 4

ri non poſſunt mulctare ſecundum Azo.

41 NON Obſtant allegata pro prima opinione, quia ad text. in. l. ij. C. de ſport. reſpondetur quod ibi eſt caſus ſpecialis contra executores, ideo in alijs contraria eſt regula. l. quod uero. l. ius ſingulare. ff. de legib. l. 1 §. 1. ff. ad municipal. Ad text. in. l. magiſtratib. & in. l. 1 §. audient.

DIC Quod non ualet argumentum de maiori ad minus in iuriſdictione ut alias dixi & probat Alex. in. l. iubere col. iij. nu. x. uerſ. non obſt. ff. de iuriſdic. omn. iud. Soz. in. l. 1. col. viij. nu. xvij. ff. quis & quo appell. & ita limitat Dec. regulam illam in. d. l. non debet cui nu. v. ff. de reg. iur.

ITEM Non ſequitur aliquis punire poteſt ergo & mulctarre poteſt. l. aliud in fin. ff. de uerb. ſig.

ITEM Hæc deciſio ſpecialis de mulcta, limitabit generalem deciſionem de poteſtate puniendi loquentem. l. in toto. ff. de regu. iur.

ITEM In generali iuriſdictione data non continetur poteſtas mulctandi, ſed ſpecialiter danda eſt alioqui non competit. l. ij §. fin. ff. de iudic. & ſic ceſſat argumentum.

42 NON Obſt. text. in. l. ij. ff. de iuriſdic. om. iud. quia reſpondeo ut ſupra, quod eſt generalis illa deciſio, & quod loquitur de his quæ tacite tranſeunt ut patet ex uerb. data uidentur, ideo mulcta non continetur, quia ſpecies derogat generi, & mulcta non tranſit tacite, item ille tex. loquitur ſecundum communem ſenſum Doct. etiam de delegato, qui delegatus ſecundum communem ſententiam Doct. hic non

mulctat

mulctat, ergo ex illo textu non poteſt ſumi hoc argumentum, alioqui etiam delegato competeret poteſtas mulctandi contra communem.

IMPROBVS *Eſt igitur primus ſenſus glo. & improba eſt lectio taxatiua, & omnino legendum eſt, non tamen, ut fatentur cõmuniter* Doct. Et *ego probo, quia non poſſum adduci, ut credam, quod duumuiri infimi magiſtratus, & carentes imperio habeant poteſtatem mulctandi, de qua maximam curam habuit imperator, adeo ut nemini uoluerit competere, niſi ei cui ſpecialiter & nominatim cõceſſa fuerit, ut ſepe dixi, & ſepe inculcare non piget, quia in hoc fondamento conſtitit cardo rei.*

SI T*amen aliunde probaretur quod magiſtratus municipales poſſunt mulctare, mihi non diſpliceret lectio taxatiua, & defendi poßet in uero, & proprio ſenſu, licet illi qui hanc partem tuentur, neſciant defendere.*

SED P*reſupponendo quod duumuiri ſeu magiſtratus municipales poßint mulctare, pro ut hic concludunt glo.* Bart. & Doct. *cõmuniter, licet mihi diſpliceat.* Dico *admiſſa hac concluſione communi, aduertendum eſſe, quod tex. noſter loquitur de priuilegio, hoc eſt de conceßione & indulgentia, et permißione, & eſt ſenſus quod hec poteſtas mulctandi cõpetit ex priuilegio, & ex ſpeciali conceßione, non tantum paruis, ſed etiam magnis magiſtratibus, & ſic non aliter competit, niſi ex priuilegio, & eſt rectus ſermo, nam magis dubium eſt an ex priuilegio competat magnis, quàm paruis, non enim diſputatur an competat, nec* 45

quibus competat, quia tunc magis clarũ eſt quod magnis competit, quàm paruis, Sed preſupponitur quod omnibus competat, & hoc preſuppoſito pro conſtanti, diſputatur quo iure competat, an ſcilicet omnibus ex priuilegio, an uero aliquibus mero iure competat, & forte iure magiſtratus, & concluditur quod ne-
44 mini competit mero & proprio iure, ſed omnibus ex priuilegio, & ex ſpeciali conceßione, & ſic non ſolum paruis, ſed etiam magnis, opus fuit ſpeciali conceßione, ad hoc ut competeret, alioqui non cõpetitura etiam magnis, niſi ſpecialiter fuiſſet conceſſa a lege, & hoc ſenſu admiſſo, taxatiua dictio applicatur caſui minus dubitabili, & implicat caſum magis dubitabilem, iuxta eius propriam naturam, quia magis dubium eſt an magnis magiſtratibus neceſſaria ſit ſpecialis conceßio, quàm duumuiris, per tex. in. l. ij. §. fin. ff. de iud. ubi ait expreße, text. quod magnis magiſtratibus habentibus publicum iudicium competit generaliter, ideſt ex generali iuriſdictione, alijs uero neceſſaria eſt ſpecialis conceßio, tamen hic tex. ſecũdum ſenſum taxatiuum concludit contrarium. ſ. quod nemini cõpetit niſi ex priuilegio, Ad tex. in. d. l. fin. põt reſponderi ꝙ nõ negat quin etiã magiſtratibus magnis conceſſa ſit hec poteſtas ex indulgentia ſecundũ tex. in. l. aliud. §. fin. in uerb. permiſſum. ff. de uerb. ſig. & ſic utriq; habent ex conceßione, & ex indulgentiam, tamen indulgentia magiſtratuum fuit generaliter conceſſa. non exprimendo in ſpecie ſingula nomina ſingulorum magiſtratuũ, ſed in genere data eſt poteſtas magiſtratib. habentibus merum imperiũ, qualeſ

ſunt

ſunt preſides ut.d.l.aliud §.fin.& ſic omnibus competit,licet non fuerit expreſſum ſpecialiter,quod preſes,proconſul,pretor,prefectus mulctare poßint, et ſic licet nomina ſiugulorum non ſint ſpecialiter expreſſa,tamen competit, quia geueraliter conceſſa eſt talibus magiſtratibus,alijs non competit niſi ſpecialius concedatur, ideſt niſi exprimatur nomen, & ſic oportet quod expreſſe dicat, duumuiris concedi,defenſoribus concedi,nec continebuntur in generali cõceßione,& ſic omnes qui habent hanc poteſtatem,ex conceßione habẽt,tamen ſpecialior conceßio requiritur,in his,qui non ſunt magni magiſtratus,& ſic poteſt ſuſtineri lectio taxatiua,que reperitur in pandectis florentinis,ut per Soz. *in.l.* 1.*col.vij.cauſa. fin, nu.xvi.ff.quis & a quo appell.*

TAMEN Ego *non admitto hunc ſenſum, &* 45
per conſequens nec etiam lectionem taxatiuam, quia ego non admitto quod duumuiri carentes imperio poſſint mulctare,eſt igitur uerior lectio exceptiua, que eſt cõmuniter approbata,hic per glo.et Bart. *et doct. ut ſcilicet legatur,tamen,non autem,tantum.*

ALIVS E*ſt ergo ſenſus hic per glo. relatus in tertia parte,quod omnes magiſtratus exceptis duumuiris mulctare poſſunt,quem poſtremo loco examinãdum reſeruo,& qui fuit ſenſus* Azonis.

TRANSIT Ergo *glo. in ultima parte ad alium ſenſum communiter approbatum,& concordat opiniones,preſupponit enim quod tex. noſter loquatur de magnis mulctis, & tunc rectè ait,quod omnibus magiſtratibus,non tamen duumuiris conceſſa eſt*

D 2 *pote=*

poteſtas mulctandi contumaces, hoc eſt duum uiri non poſſunt imponere magnas mulctas, ex quo ſequitur quod leues poterunt, cum hic denegentur tātum magne mulcte, & cum hoc ſenſu tranſeunt communiter Doct.

46 VIDEAMVS An hæc communis opinio ſit uera, Pro communi opinione Primo adducitur tex. in l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iud. ad quem iam antea fuit reſponſum, ideo amplius non repeto, Reſpondeo etiam quod ſecundū communem ſenſum Doct. ille tex. loquitur de delegato, hoc eſt quod etiam delegato iuriſdictione data, intelliguntur data omnia ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, tamen communis eſt concluſio Doct. quod delegatus mulctare non poteſt ut paulo infra uidebimus, ergo text. ille non loquitur de poteſtate mulctandi. tamen uerior eſt alia ſolutio antea facta ad illum tex. quod in genere & tacite nō poteſt tranſire poteſtas mulctandi, ſed oportet ut detur ſpecialiter et nominatim, & expreſſe & in ſpecie d. l. ij §. fin. ff. de iudic. & ſic ſpecialis deciſio derogat generali. l. in toto. ff. de regu. iur.

47 ADDVCITVR Etiam tex. in. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. & in §. audiunt in Auth. de defenſ. ciuit. ad quem antea fuit reſpōſum quod in iuriſdictione non ualet argumentum de maiori ad minus ut tradit Soz. in. l. i. col. viij. nume. xvij. uerſ. ad iſtud reſpondetur. ff. quis & a quo appell, Alex. in l. iubere col. iij. num. xij. uerſ. & argumentum. ff. de iuriſdic. om. iud. Dec. in. l. non debet nu. v. ff. de regu. iur. facit tex. in. l. ſolemus §. latrunculator. ff. de iudic. ſen

dic. ſentit glo. in. l. ij. ff. de pen. in uerb. deportandi, facit tex. in. l. 1 §. deportatus. ff. de leg. iij. iuncta. l. illicitas §. qui uniuerſas. ff. de off. preſid. ubi glo. in uerb. metallum.

ADDVCITVR *Etiam tex. in. l. ij §. fin. ff. de iudic. ubi ſecundum* Doct. *qui habet officium de publico, ideſt ordinariā iuriſdictionem, mulctare poteſt, hoc habent municipales. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de inſt. & iur. ergo &c.* 48

RESPONDEO *Quod inſolens eſt & barbara illa expoſitio, publicum iudicium ideſt officium de publico, uel ordinariā iuriſdictionē,* Ego *intelligo iudicium publicum pro ut uerba ſonant ideſt poteſtatem publici iudicij, ut per glo. ibi &* Iaſ. *hic, uel publicum iudicium ideſt publicum tribunal. ut alias dixi, & ſic qui habet publicum iudicium, ideſt poteſtatem publici iudicij, hoc eſt coram quo poteſt inſtitui accuſatio publici iudicij, is mulctare poteſt, de quibus publicis iudicijs loquitur tex. in. l. 1. ff. de pub. iud. & inſt. eod. tit. in princi. loquitur ergo de magnis magiſtratibus habentibus merum imperium, maxime quia accuſationes de plano non cognoſcuntur, ſed pro tribunali ut ſentit text. in. l. 1 §. ſuſpecti. ff. ad* Turpil. *quod tribunal non eſt datum niſi magnis magiſtratibus, ut ſunt conſules pretores preſides & ſimiles, alij in ſubſellijs ideſt in inferioribus ſedibus ſedebant, ut tradit* Bude. *in* Annot. *in pandect. in. l. 1. in fin. ff. de iudic. et ſic tex. in. d. l. ij §. fin. ff. de iudic. retorquetur contra communem opinionē ſm̄ ſenſum ſupra dictū, qui ſenſus ſuadetur ex hac lege in qua excluduntur parui magi=*

ſtratus, ergo etiam ibi de magnis intelligit, ut una lex ſecundum aliam intelligatur. l. non eſt nouum. ff. de legib. l. unic. C. de inoff. dotib. facit tex. in. l. ij. §. primo. ff. ſi quis in ius uoc. non ier.

49 ADDVCITVR *Etiam tex. in. l. aliud. §. inter. ff. de uerb. ſig. in uerb. adiudicatio & in uerb. magiſtratus, ibi enim dicitur quod is mulctam dicere poteſt cui data eſt adiudicatio, ideſt iuriſdictio ordinaria ut interpretatur glo. quod probant hoc in loco* Doct.

EX Quo *ſequitur quod magiſtratus etiam municipalis mulctam dicere poteſt, quia iuriſdictionem habet, & ſic adiudicationem.* Et *ſecundum* Doct. *accipiuntur ibi magiſtratus, omnes etiam minimi magiſtratus, ex quo generaliter loquitur, & ſic comprehendit etiam paruos imperio carentes, qui ergo habent iuriſdictionem ordinariam, & qui ſunt magiſtratus qualeſcunque ſint, poterunt mulctare ſecundum communem ſenſum* Doct. *excipiuntur delegati ut per alex. hic col. ij. nume. viij. &* Soz, *hic col. ij. num. iiij. &* Cagnol. *nu. xliiij. & communiter* Doct.

50 RESPOND. Quod *hic tex. facit pro opinione* Azo. *& retorquetur contra cõmunem ſenſum inducendo ut ſupra dixi, in notabil. adiudicatio enim accipitur pro translatione dominij ab uno in alterum, que eſt magna poteſtas ut ſupra dixi, ideo eam habent ſoli magiſtratus, quales ſunt preſides, uel dic ſoli magiſtratus in urbe, & ſoli preſides in prouincijs, & ſic omnino excluduntur municipales in prouincijs, ſic etiam alibi lex primo loquitur de magiſtratibus romanis, deinde de rectoribus prouinciarum. l. uoluit. §.*

quod

quod ait.ff.de interrog.actio.& in dubio magiſtratuũ appell.de magiſtratibus populi romani accipimus, arg.tex.inſt.de iu.nat.gent.& ciuil. §.ſed ius, maxime ſi ſubſequitur mentio preſidum ut in d.l. uoluit

SECVNDO *Reſponde q̃ illa lex dato quod generaliter loquatur, tamen debet reſtringi per iſtam ſpecialem l.in toto. ff.de reg. iur. quicquid dicat hic* Alex.*nu.viij.qui contra naturam putat q̃ illa gñalis reſtringat iſtam ſpecialẽ, neſcio unde hoc didicerit.*

TERTIO *Reſponde ut hic per* Ias.*col.viij.infi.* 51 *quod ineptum eſſet quod ille tex. poſt magiſtratus in genere idem eſſe diceret in preſidibus, cũ ſatis eſſent cõprehenſi in uerb.magiſtratus, & minus dubium eſt de preſidibus, quàm de paruis, ideo indecens eſt quod poſt paruos ſubijciatur etiam preſes, & quod poſt genus ſubijciatur ſpecies minus dubitabilis, melius eſt igitur quod verb. magiſtratus ad romanos referatur qui habẽt imperium ut in l.cum pretor §.1.ff.de iud. uel ad ſimiles preſidibus ut per* Cagnol.*hic nu.xliiij. & per* Dec.*col.ij.uerſ.multũ urget, & in dubio magiſtratuum appell.comprehendit tantũ magnos magiſtratus habentes imperium, l.eum qui .ff. de iur.om. iud.& l.uoluit §.quod ait.ff.de interrog.actio.* Soz. *hic col.1.nu.ij.* Et *q̃ de magnis magiſtratibus accipi debeat probatur. etiam alia ratione, nam adiudicatio ſeu aßignatio, qualis eſt illa que interuenit in pignorum diſtractione de qua meminit* Bald.*in.l. ordo.C. de execu. rei iudi. fit authoritate & decreto pretoris.l.1.&.ij.C.ſi in cauſ.iudi.pignus capt. ſit* Neguſant.*in tract.de pignorib. in primo memb.in.vi.part.*

princip.nu.ix. Interdum etiam in huiuſmodi addictione authoritas principis exigitur.l.fin.C.eod. pro ut declarat Neguſant.in eo.tract.ubi ſupra nu.x.uerſ. dum autẽ, Sane huiuſmodi decreta non poſſunt interponi per magiſtratus municipales ſecundum communem ſententiam doct.in.l.1.ff.de off. eius in.l. imperium.ff.de iuriſdict.om.iud.ergo adiudicatio non competit paruis magiſtratibus & per conſequens nec mulcte poteſtas.

52 QVINTO Adducitur per Alex. hic nu.ix. quod contumacia eſt delictum glo. & Doct. in hac.l. in §.fin.in uerb.meram penam,punitio aũt leuium criminum competit his magiſtratibus §. audient in auth. de defenſ.ciuit. ergo ẽt poterit cohercere cõtumacẽ.

RESPONDEO ꝙ nõ ualet argumentum poteſt punire,ergo mulctare.l.aliud.§.fin.ff.de uerb.ſig. Immo oportet quod ſpecialiter detur,alioqui nõ competit ex generali iuriſdictione,nec tacite tranſit. l.ij. §.fin.ff.de iudic.ut ſupra dixi, Poſſet etiã dici quod contumacia non eſt proprie delictum ut per Bart. in l.omne delictum.ff.de re milit.Fel.in.c. ſuper eo circa fin.de teſtib.Cagnol.inf.hac ead.l §.fi.nu.xxviij. ideo uidetur quod poteſtas puniendi uera delicta, nõ extendatur ad id quod eſt improprie delictum, & ſic non comprehendit contumaciam.

53 ADDVDITVR Etiam quod ius mulctandi eſt de mero imperio minori ut hic per Alex. nume.v. ut.l.imperium & ibi communiter Doct.ff. de iuriſd. om.iud.Cagnol.hic num.xliiij. immo ſecundum Bart. hic in queſtionib. mulcta exercetur iure actionis, &

ſic eſt

ſic eſt de ſimplici iuriſdictione,iuxta tradita in.d.l.im periũ in materia iuriſdictiõis ſimplicis,& ſic uidetur cõpetere iure magiſtrat⁹,ut hic per cagnol. nu.xliiij. & utroque caſu ſiue ſit de ſimplici iuriſdictione ſiue de imperio minori,competit omnino paruis magiſtra= tibus ut per Doct. in.d.l.imperium.

RESPONDET Hic Cagnol.ſecundum opi= nionem Azon.quod mulctandi ius eſt de maiori impe= rio ex quo magnis magiſtratibus tantum tribuitur, probat Bart.hic in fin.prim.col. Re uera non cõſtat nec iure probatur an poteſtas mulctandi ſit magis in uno quàm in alio gradu imperij. Item iure non pro= bãtur illi gradus, nec ille diſtinctiones imperij, de qui bus per Bart.in.d.l.imperium, tamen quia hec requi runt altiorem indaginem, dic quod mulcta eſt de his que ſpecialiter concedi ſolent.d.l.ij.§.fin.ff.de iudic. Ideo niſi ſpecialiter conceſſa reperiatur non compe= tit,dato etiam quod aliquis haberet in genere ſimile imperium,uel etiam maius, non enim competit niſi ſpe cialiter concedatur,ut ſepe dixi, & ſepiſsime dicam, oportet enim uel quod quis ſit de magnis magiſtra= tib. uel qnod in ſpecie & nominatim probet ſibi da= tam eſſe hanc poteſtatem, alioqui non competit.d.l. ij §.fin.ff.de iudic.

ADDVCITVR Etiam quod inanis eſſet 54 iuriſdictio & eluſoria,ſi contumax mulctari non poſ ſet,ergo etc.ut hic per Alex. Dic ꝙ per hoc nõ perit mũdus,uidemus enim idem eſſe in delegato qui nõ põt mulctare ut tradũt hic communiter Doct.& in.c.de cauſis de off.de leg.igitur de iſtis non magis anxij ac

ſolliciti eſſe debemus quā de delegatis, & quàm fuerit imperator, max. quia non deerunt alia remedia ut ſūt ea de quib. glo. in. l. iij. §. ſi quis ad pedaneū. ff. ne qs eū qui in ius uoc. eſt ui exim. Que remedia multa ſunt, ut hic memorat Bart. *de quibus tamen hic non diſputo, nec pono pro conſtanti quod competant illa omnia,* Item *poterit ad iudicem maiorem pro ut ſit in l. iiij. §. duas uerſ. et ſi forte. ff. de dam. infect. & in Auth. de exhibend. reiſ §. ſi uero etiam quidam iurent in uerſ. igitur ne latente.* Nec *nouum eſt quod iuriſdictio ordinaria reperiatur ſine poteſtate cohercendi ut in. c. cum contingat extra de for. compet. & licet ibi iuriſdictio illa ſit preſcripta, tamē negari non poteſt quin etiam talis iuriſdictio dari poßit, qualis preſcribi poteſt, præterea uidemus idem eſſe in pedaneo iudice qui non poteſt cohercere eum qui ui exemerit ab ipſo in ius uocatum. l. iij §. ſi quis. ff. ne quis eum qui in ius uoc. eſt ui. exim. quod toleratur, licet iuriſdictio illo caſu uideatur inanis & eluſoria.*

55 ADDVCITVR *Etiam arg. ab* Alex. *hic nu. ix. ait enim quod licet ex hoc tex. non permittatur hec poteſtas mulctandi, tamen nec etiam denegatur, ergo competit, cum hi habeant imperium, omnia enim uidentur permiſſa que non reperiuntur prohibita, arg. l. nec non §. quod ex eis. ff. ex quib. cauſ. maio. & l. quecunq; §. qui à pupillo cum ibi not. ff. de publica & l. magiſtratus & ibi glo. ff. ad municipal. ſimili. arg. utitur* Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap. xx. nu. lxvij. fo. lx.*

RESPOND. *Quod ſumus in his que ſunt regu-*

lariter

lariter prohibita, ut ſupra dixi in notabilibus, & propterea non ſufficit quod non ſit denegata, quia dico quod oportet quod probetur hanc poteſtatem eſſe conceſſam, non in genere, nec tacite, ſed ſpecialiter & expreſſe, & nominatim, alioqui non competit d.l.ij.§.fi.ff.de iudi.

ET *Sic patet quod communis ſenſus* Doct. *non* 56
poteſt ſuſtineri & quod aliunde non probatur, quod hi magiſtratus municipales habeant poteſtatem mulctandi, multominus probatur ex iſto tex. immo probat iſte tex. contrarium ſi non cauilletur, ut infra oſtendam & ſentit hic Alex. *nu.* viij. *quod iſte ſenſus non poteſt ſuſtineri, tamen poſtea non audet recedere à cõmuni ſenſu, & ſic licet uideat ueritatem tamen eam ſubterfugit, & abominatur,* Dec. *autem col.ij. ait expreſſe quod ad tex. contra communem adductos, non poteſt reſponderi niſi cauillando, tamen poſtea ſimpliciter dicit nõ eſſe recedendum à communi opinione, ex quo apparet ꝙ* Doct. *noſtri ex profeſſo & conſpirato conſilio, etiã per cauillationes & calumnias, per fas & nefas uolunt communes ſententias defendere cõtra text. in.l.pen.ff.ad exhiben.et* Cagnol. *in.l.ea eſt natura nu.ix.ff.de reg.iur. & in.l.ij.nu.ccclij.ff. de orig. iur.* Iaſ. *hic col.* vij. *clare fatetur ꝙ intellectus communis non eſt uerus, & eum impugnat ualidis argumentis, & quod nõ poßit ſuſtineri communis ſenſus patet ex eo quia tex. noſter loquitur ſimpliciter, de mulctis, nec diſtinguit paruas à magnis ergo nec nos diſtinguemus.l. de pretio.ff. de publicia. maxime cum nulla alia lex hanc diſtinctionem faciat,*

ciat, nec ſuadeat, ergo nec nos diuinare debemus, nec
57 cauillari.l.pen.ff.ad exhiben.cum enim repugnet ra-
tio recti ſermonis nõ eſt admittendus talis ſenſus, qui
ſalua ratione recti ſermonis non poteſt ſuſtineri.l.
Plautius.ff, de aur. & arg.leg.Bart. Alex. & Iaſ.
in l.ſi de certa.C.de tranſact. ita enim debet fieri in-
terpretatio ut exponat, non ut perimat.c.cum dilecti
de accuſat. quem text. ad hoc commendat Bald. in
marga.in uerb. interpretatio & in.l. 1. in fin.C.de
lib. preter. & in.l.ſi de interpretatione in princ.ff.
de legib. & ita debet fieri interpretatio ut non me-
reatur à ſapientibus reprehendi.l. ſaluius Ariſto.ff.
de legat. preſtan.l. ex facto in princ.ff. de uulg. &
pupill.Bal.in conſ.xci.per ſtatutũ col.ij.uolu. iiij. &
ita debet fieri interpretatio ut uerbis cõueniat Bart.
in.l. ab executore & ibi Imo. Ang. & Aret. &
Alex.ff.de appell. & cum uerba ſint clara ab illis nõ
eſt recedendum .l. ille aut ille §. cum in uerbis .ff.
de leg.iij. & ubi eſt caſus legis non eſt locus queſtio-
ni.l.ancille & ibi glo. & ſali.C.de fur. & ubi habe-
mus tex.non indigemus glo. ſecundum Bald. in conſ.
cccxliij.col.circa fi.uol. prim. hinc dici ſolet quod ubi
uerba ſunt clara cauillationes aduocatorũ locum non
habent, etiam ſi lex ſit dura ſecundum Bald. in conſ.
clxxxiiij. caſus eſt talis quoddam fenile lib. ſecundo
Ideo nullo modo admitti debet ſenſus communis qui
uerbis refragatur, et qui ſine cauillationibus non
poteſt ſuſtineri.

58 ACCEDAT Quod ſuperflua eſſent illa uer-
ba, non tamen Duumuiris, nam ſi omnes omnino in-
clude-

cludere uolebat, ſatis fuerat dixiſſe quod omnibus magiſtratibus conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere penali iudicio, ſecundum ius poteſtatis ſue, his enim uerbis omnes fuiſſent comprehenſi, tam parui quam magni in regula affirmatiua, & diſtincta fuiſſet poteſtas ſingulorum, ſatis enim oſtenditur quod non omnes equaliter poſſunt mulctare, ex quo non habent equalem poteſtatem, & hoc modo omnia fuiſſent plana, ſed quia alia erat mens legislatoris & uolebat excludere minimos magiſtratus ab huiuſmodi poteſtate, ideo ſubiecit illa uerba, non tamen duumuiris, per que excepit duumuiros ab regula affirmatiua, & declarauit eis non fuiſſe datam poteſtatẽ mulctandi, etiam ſecundum ius poteſtatis ſuæ, nam licet non habeãt imperium. l. nec magiſtratib. ff. de iniur. tamen negari non poteſt quin habeant aliqualem poteſtatem. l. 1. C. de emancip. liber. l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iud. l. ea que. ff. ad municip. l. duumuirum C. de decurio. lib. x. l. ſi uxor §. ſi fugitiuus. ff. de furt. Alciat. in lib. iij. diſpunctio. c. quinto.

PRETEREA Ineptiſsimum eſt loquendo de magnis mulctis & de magnis cauſis, excipere duumuiros, quos compertiſsimum eſt non habere talem poteſtatem, cum enim non poſsint ſe ſe intromittere in huiuſmodi cauſis. Quid opus fuit excipere iſtos à poteſtate imponendi magnas mulctas in magnis cauſis, ſi ipſi ſe ſe nullo modo intromittunt in talibus cauſis, profecto hoc ridiculũ eſt & ineptiſſimum, eſſet enim ſenſus talis, omnes poterunt imponere magnas mulctas in magnis cauſis, ſecundum ius poteſtatis ſue, ex 59

ceptis

ceptis his qui non habent poteſtatem aliquam, & qui non habent iuriſdictionem ſuper ea re, quo caſu exce ceptio non eſt de regula,pro ut eſſe debet,per ea quæ not. Dyn. in rub. de reg. iur. lib. vi. et Bart. in. l. 1. ff. eo. tit. & ibi Dec. nu. xxvi. & Bart. in. l. in his. ff. de legib. & licet replicetur, quod exceptio reſpicit uer= bum magiſtratibus, tamen negari non poteſt, quin pla nior fuiſſet ſenſus ſine illis uerbis, non tamen &c. & ſic omnino ſunt ſuperflua, & inepta, & ad nos deludendos & ad iniiciendum ſcrupulum inculcata.

60 SVPEREST Ergo exploſo ſenſu communi ut defendamus ſenſum Azo. eſſe uerißimum, quem hic refert glo. in tertia part. ſcilicet quod omnes ma= giſtratus exceptis municipalibus iuriſdictionem de= fendere poſſunt penali iudicio, ſecundum ius poteſta= tis ſue, ideſt ſecundum quod cuilibet eſt conceſſum, & ſic duumuiri non poterunt mulctare, Qui ſenſus pla= nus eſt, et congruit uerbis legis, et nulli alteri refra gatur, & eo admiſſo oĩa mire conueniunt, nulla uis infertur legibus, ſubauditione non eſt opus, aut ſup= pletione aliqua ad aliquam legem, nec diuinatione, ideo omnino eſt amplectendus, Hunc ſenſum probat hoc in loco Albe. & dicit eſſe cõmunem, probat etiã fulg. & Paul. caſtrenſ. & Iaſ. hic optime defendit col viij. uerſ. ego et Claud. aquen. et Alciat. in. l. aliud in. §. fin. in uerb. magiſtratus. ff. de uerb. ſig. Hũc ſen ſum dicit eſſe ſuſtentabilem Alex. col. ij. licet non au deat à communi recedere, fatetur & idem Dec. et ait quod ſine cauillationibus nõ poteſt reſponderi ad tex, pro hac opi. adductos, licet & ipſe malit errare cum

pluribus

pluribus, quam cum paucis bene ſentire, Cagnol. optime defendit hunc ſenſum, & ad contraria proxime reſpondet, & fatetur poſſe ſuſtineri, & quod omnia contraria tolli poſſunt, licet poſtea ſenſum plurium
ſequatur, ſed ego nõ patiar in claris ut quiſquam me 61
ſuaſionibus aut fallacibus rationibus abſtrahat in perverſum ſenſum, per ea que paulo ante dixi, nec ad argumenta aut ad coniecturas confugere oportet, nulla enim eſt ratio, nullumq; argumentum & nulla coniectura que poßit infringere aut tollere tex. expreſſos ut inquit glo. in. c. 1. in tit. de feudi. cognit. & eſt tex. in. l. proſpexit. ff. qui et a quib. tradit Tiraquel. in tract. de iure primoge. q. iiij. fo. ccclxxij. nu. clxxvij. & . q. lxxxi. fol. ccccxx. num. xxv.

CVM Igitur uerba ſint clara, nec indigeant ſup 62
pletione aliqua, a uerbis claris legis & à clara deciſione non eſt recedendum. l. ille aut ille §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. nec pati debemus quod cauillationibus ſubuertantur. l. ea eſt natura. ff. de regu. iur. l. 1. in uerb. an canillamur. ff. de reg. caton. & ius ciuile calumniari uerba ue eius captari non debent. l. penult. ff. ad exhiben. Cagnol. late in. l. ij. uerſ. & cum placuiſſet nu. ccclviij. ff. de orig. iur. & in. l. ea eſt natura nu. viij. ff. de regu. iur. & in. l. quoties nihil in princ. eo. tit. et interpretatione non eſt opus, ubi uerba ſunt clara. l. ſi mihi & tibi §. fin. ff. de uerb. oblig. l. ſi quis et ibi Bart. C. de lib. preterit. max. quia fieri non poteſt ſalua ratione recti ſermonis, hec enim nullo pacto admittenda eſt. l. Plautius infra. ff. de aur. & arg. leg. Doct. in. l. ſi de certa. C. de tranſact. &
ita

ita debet fieri interpretatio ut exponat, non ut perimat. c. cum dilecti de accuſat. quem tex. ad hoc cōmendat Bald. *in ſua margarit. in uerb. interpretatio & in. l. 1. in fi.* C. *de lib. preterit.* Ideo *exploſo ſenſu*
63 *communi, & exploſis alijs ſenſibus antea confutatis amplectemur ſenſum* Azo. *qui fuit fons legum ſecundum* Cyn. *in. l. certis iuri.* C. *locat. & uas electionis ut per* Bald. *in. l. contractus.* C. *de fid. inſtrumen.* Neuiz. *in ſijl. nup. fol. clxxxvij. col. prima, qui ſenſus ineuitabiliter probatur in hac lege, in uerſ. non tamen duumuiris, ut ſupra dixi, licet nō deſint qui etiā ex profeſſo teſtentur ſe communem opinionem etiam manifeſtis cauillatiōibus tueri uelle inter quos alex. hic & lancell.* Dec. *&* Cagnol.

64 SECVNDO Pro *opinione* Azo. *quod duumuiri nō poßint mulctare eſt tex. in. l. defenſores nihil* C. *de defenſorib. ibi nullas infligant mulctas qui tex. apertißime probat quod defenſores non poſſunt aliquas mulctas imponere, qui tamen poterant leuia crimina cohercere etiam de iure* Codicis, *quod uidetur probare tex. in. d. l. defenſores nihil, ibi ſeuiores non exerceant queſtiones, nam à contrario ſenſu uidetur quod poſſint exercere queſtiones non ſeuiores, & ſic leuiorum criminum cognitio eis non denegatur, quod deinde eſt expreſſius in auth. de defenſ. ciuit. in* §. *audient, & ſic uidemus quod defenſoribus lex poteſtatem mulctandi penitus denegat, dum ait quod nullas imponant mulctas, cognitionem tamen criminum omnino non denegat, ſed ſeueriones tantum queſtiones denegat.*

TEX. *Iſte clariſsime loquitur, clariſsime pro= 65
bat hanc ſententiam, non potuit clarius nec apertius
loqui,cuius uerba hæc ſunt, defenſores nihil ſibi inſo
lenter nihil indebitum uendicantes,nominis ſui tantũ
fungantur officio,nullas infligant mulctas, ſeuerio=
res non exerceant queſtiones, plebem uel decurio=
nes ab omni improborum inſolentia & temeritate tu
eantur, ut id tantũ quod eſſe dicuntur, eſſe non deſi=
nant.* Videte quam clare,quã aperte loquatur text.
tamen nõ deſunt qui cauillentur. Alex. hic ait quod
loquitur de grauibus mulctis, & ſic recipiet inter=
pretationẽ ex alijs legibus Ego dico quod loquitur
de omnibus mulctis,& quod non oportet quod reci=
piat interpretationem ex alijs legibus generaliori=
bus, quia hæc eſt fatua interpretatio,ſed è contra le
ges generales ab iſta ſpeciali reſtringi debent,ſecun=
dum uerum modum interpretãdi.l.in toto.ff. de reg.
iur.ideo hæc lex ſpecialis que ſpecialiter loquitur de
mulcta à defenſoribus non infligenda, reſtringet &
limitabit leges quæ generaliter loquuntur, quod da=
ta iuriſdictione ea tranſeunt ſine quibus iuriſdictio
explicari non poteſt.l.ij.ff.de iuriſdic.om.iud.ut non
habeant locum in mulcta, item reſtringet leges que
generaliter dicunt quod defenſores leuia crimina co=
herceant,nam non habebunt locum in contumace,&
ſic contumax licet leuiter deliquat, non poterit mul=
ctari,quia ſpecies derogat generi, non è contra,&
hic eſt uerus modus interpretandi, & hæc eſt uera
interpretatio,& ita concordantur iura iuribus, non
autem è contra, nã ſi genus derogat ſpeciei, procul=

dubio non concordantur, ſed tolluntur & abrogantur leges, quod fieri non debet, iuribus uulgaribus,
66 Sane dum ait tex. nullas infligant mulctas, de oı̄bus locutus eſt, omnes omnino, ſiue leues ſint, ſiue graues comprehendit, & omnes denegat, primo ait quod nihil indebitum ſibi uſurpent, deinde connumerat, ea que ſunt illis indebita, inter que ponit mulctas, & ait ſimpliciter quod nullas infligant mulctas, & ſeuiores non exerceant queſtiones, quid uetabat legislatorem quemadmodum de ſeuioribus queſtionibus locutus eſt etiam de grauioribus mulctis loqui? profecto nihil, ideo ſimpliciter dixit nullas infligant mulctas, quia ſimpliciter & indiſtincte omnes mulctas eis denegare uolebat, poſtea ſubdit quod queſtiones ſeuiores nō exerceant, quia non intendebat omnes queſtiones denegare, ſed ſeuiores tantum, cōſequēs eſt igitur quod omnes omnino mulctas ſiue graues ſiue leues denegauerit, ex quo enim diſtinxit in uno capitulo, in alio autem non diſtinxit, apparet quod noluit diſtinguere in priori, & quod indiſtincte loqui uoluit, quia ita ſentiebat, expreßiſſet enim ſi uoluiſſet ut eſt text. in. l. unic. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. c. inter corporalia de translat. prelat. & cum capitula ſint ſeparata non debet intelligi unum ſecundum aliud, ideo licet in ſecundo capit. locutus fuerit de ſeuiorib. quæſtionibus, non debemus extēdere hoc ad precedens capitulum ſimplex, ut etiam in eo de grauioribus mulctis loqui intelligatur per ea quæ tradit Bart. in. l. talis ſcriptura. ff. de leg. primo. Abb. in conſi. lxxv. uolu. ſecundo col. ij. Dec. in conſ. ccxiij. col. ij. circa

med.

med. Crauett. in conſ. lxx. num. ij. nam uerb. ſeuiores, non conuenit mulctis, nunquam enim lectum eſt ſeuiores mulctas.

SANE Cum tex. dicit nullas mulctas infligant intelligit de omnibus etiam minimis, nam qui dicit nullas, omnes excludit, ſignificat enim nõ ullas ideſt non aliquas, quo uerbo proculdubio etiam leues excluduntur, perinde eſt enim ac ſi diceret, non aliquas, nã ullus ſignificat aliquem. l. 1. C. de donat. & l. uectigalia. C. de uectigalib. c. ij. de prebend. inſt. per quas perſo. nob. acquir. in princip. & uerificatur etiam in minimo ut per glo. in cle. 1. in uerb. aut earum parte de fo. cõpet. facit quod not. Bart. de uerb. aliquid in. l. ſi ſeruũ §. pretor ait. ff. de acquir. hered. q́ uerificatur in minimo & Dec. conſ. cccclv. nu. vi. quando ergo dicit non ullas, ſignificat non aliquas, & ſic etiã minimas excludit, quia negatiua poſt poſita uerbo uniuerſali equipollet ſuo contrario ut p Bart. in. l. legitimis. ff. de legit. tut. not. in l. in bello §. 1. ff. de capti, & in. l. obligari in princip. & ibi glo. & Bart. ff. de auctor. preſtand. & idem Bart. in. l. ſi neceſſarias §. ſi annua. ff. de pig. act. ex his patet quod defenſor nullas ideſt non ullas non aliquas, & ſic nec etiam minimas mulctas infligere poteſt, ut probat text. ſi nõ cauilletur in. d. l. defenſores nihil. C. de defenſo. quicquid dicat hic Alex. col. ij. in fin. num. viij. 67

DETERIVS Cauillatur illum tex. Cagnol. 68
hic col. xiij. nu. 51. & ait quod ratio quare defenſores ibi mulctare & alia facere prohibentur, ea eſt quia nomen ſuum amitterent, nec defenſores, ſed de

ſtructores dici poſſent, qua ratione, inquit, inſinuatur nobis textum loqui quando illicitas mulctas uellent infligere, que ratio non conuenit, ſi licitas & legitimas mulctas infligerent, tunc enim nomen defenſorũ optime conſeruarent, ideo ſecundum eum licitas & legitimas mulctas infligere poterunt, non obſtante illa lege que loquitur, tantum de illicitis & non legitimis. Preterea ſecundum eum in ſequenti capitulo loquitur de ſeuioribus queſtionibus, ergo etiam in precedenti loquitur de ſeuioribus mulctis, quia ex ſequẽtibus declarantur precedentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. p.

69 RESPONDEO Quod quando ſemper loquimur de eadem re, tunc ex ſequentibus declarantur precedentia, ita loquitur text. in. l. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de leg. 1. ſed quando capitula ſunt diuiſa, & ſeparata, & continent res diuerſas, unũ non declaratur per aliud, immo ex quo aliquid eſt expreſſum in uno capitulo, ſi omittatur in alio habetur pro omiſſo. l. unic. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. ut ſupra dixi, & ſic ceſſat argumentum de ſequentibus ad precedentia, max. quia non ſubeſt ratio eadem, poſſunt enim leuiores queſtiones exerceri. §. audient Auth. de defenſorib. ideo recte dicit text. in d. l. defenſores, quod non debeant exercere ſeuiores queſtiones, in mulctis autem ſimpliciter loquitur de omnibus etiam paruis, quia nullus poteſt imponere mulctas, ſiue ſint parue, ſiue magne mulcte, & hec ratio quare potius quis punire permittatur, quàm mulctare ſuperius eſt expreſſa in fin. ult. notab.

Quò

QVO Vero ad rationem hic allegatam,quo ad 70
mulctas licitas,non nego quin poſſint infligi,dummo
do reperiantur alique licite, nam etiam lex taxatiua
non excludit alium caſum in aliqua alia lege expreſ=
ſum,not.glo.in.l.ob es & ibi Salic.C.de pred. mino.
glo.in.l.ita nobis pudor.C.de adult.glo.in.l.ſerui no
mine & ibi Bart.ff.de uſucap.tex.eſt not.in.l.1 §. 1.
ff.ſi menſ.falſ. mod.dixe.facit text.in.l.his ſolis.C.
de reuocand. donat.ſed uis ſtat in hoc an inueniantur
alique licite & legitime in perſona defenſorum,&
ego dico quod nulle reperiuntur licite,quia omnes ex
preſſe denegantur in.d.l.defenſores.

NEC Eſt uerũ quod ideo illa non poſſunt face= 71
re quia nomen ſuum amitterent, ſed illa uerba,ut id
tantũ quod eſſe dicuntur eſſe non deſinant, referun
tur ad proxima,hoc eſt ad id quod dixit, eos tueri de
bere plebem, tueantur inquit plebem,ut non deſinãt
eſſe defenſores, dicuntur enim defenſores à defen=
dendo,& ideo debent tueri,& defendere plebẽ,&c.
& ſic erunt uere defenſores iuxta nomen ſuum,ſed
non dicit quod ſint amiſſuri nomen defenſoris ſi mul
ctas inflixerint ſiue iuſtas ſiue iniuſtas, nec quód
ſint futuri diſtructores, ſed ſimpliciter precipit legis
lator ut nullas infligant mulctas, poſtea ſubdit quod
plebem tueantur & defendant, ut recte defenſores
appellentur nec deſtinguit licitas ab illicitis,quia om=
nes ſunt illicite,quo ad defenſores, & omnes lex fa
cit ibi illicitas, nec illis alia lex aliquam licitam fecit,
ergo nec nos facimus .l.illam,C.de collation. cum ibi
cumulatis per.Iaſ.§. optimum in auth.de non eligen.

ij.nub. & ſic probatur ineuitabiliter & irrefragabiliter ex.d.l. defenſores, q; hi parui magiſtratus non poſſunt mulctare, cui textui non poteſt dari reſponſum ſine manifeſta cauillatione, ut etiam hic fatetur lancell. Dec.col. ij. licet poſtea ſimpliciter dicat non eſſe recedendum à communi opinione, ſed hoc nihil aliud eſt dicere, niſi quod opinio communi contraria eſt uera, tamen defendamus falſum, uidete quam impudens ſit hec aſſeueratio contra officium boni uiri, & boni interpretiſ. & contra omnia iura que calumnias & cauillationes abominantur ut in.l. pen.ff.ad exhiben. cum alijs cumulatis per Cagnol.in l.ij. in prima part. uerſ. & cum placuiſſet nume. ccclviij.ff.de orig.iur.

72 PRO Opinione Azonis quod magiſtratus municipales non poßint mulctare adducitur etiam tex. in l.aliud §.fin.ibi, mulctam is dicere poteſt cui adiudicatio data eſt, magiſtratus enim ſolos ut preſides prouinciarum poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt.ff. de uerb. ſig. Intelligendo ibi de magiſtratibus magnis, quales ſunt preſides, uel ſaltem intelligendo magiſtratus ſolos ſcilicet romanos & preſides ſolos in prouincijs, ideſt ſolos rectores prouinciarum per l.1.ff.de off.preſid.pro ut ſupra latius deductum eſt, & intelligendo q; ibi adiudicatio capiatur pro tranſlatione dominij ab uno in alterum, que poteſtas magna eſt, nec niſi magnis permißa eſt, ut ſupra dixi in tertio notab. Que res etiã ex alio probatur, nã adiudicatio iſta ſeu aßignatio ſolet fieri in queſtione finiũ regundorum.d.l.ij.&.iij.ff.fin.regun.ſolet etiã fieri

in pigno=

in pignorum diſtractione ut per Bal. *in.l.ordo.* C.*de execut.rei iudic.& ſit authoritate pretoris,& eius decreto l.1.& ij.*C.*ſi in cauſ.iudic.pign.capt.* Ne=*guſant.in tract.de pign.in primo mēb.vi.part.princ. nu.ix. que authoritas & quod decretum ſine dubio non competit minimis magiſtratibus ſecundū cōmunē concluſionem* Doctorum *in l.nequicquam .§.ubi decretum .ff.de off.proconſ.*Doct.*in.d.l.1.ff.de off. eius & in.l.imperium ff.de iur.om.iud.facit tex.in.l.iiij. §.duas in uerſ.& ſi forte duretur.ff.de dam.infect. & l.ea que .ff.ad municipal.cum ergo hec aßignatio ſeu adiudicatio ſine authoritate & decreto pretoris expediri non poßit,& talia decreta per magiſtratus municipales expediri nō poßint,conſequens eſt quod magiſtratus iſti non habent adiudicationem , & per conſequens nec etiam poteſtatem mulctandi. ex quo illis tantum data eſt quibus adiudicatio data eſt .d.l. aliud §.fin.& ſic ex iſto tex. optime probatur quod nulli poſſunt mulctam dicere niſi magiſtratus quales ſunt preſides,ideſt rectores prouinciarum .l.1.ff.de off.preſid.& ſic excludūtur duū uiri,* Nec *audiendi ſunt hi qui magiſtratus ibi intelligunt omnes etiam minimos,& ſic etiam municipales, quia expreſſe lo=quitur tex.de magiſtratibus qui habent adiudicatio=nem, & ſic de magnis, item appell. magiſtratuum in dubio accipiemus de his qui habent imperium.l.eum qui.ff.de iur.om.iud.* Item *ſi ita generaliter intelli=geretur poſtea inepte ſubiunxit & preſides,nam illo uerbo generali ſatis fuerant comprehenſi preſides etiam multo magis quàm municipales, & minimi,&*

 ideo

ideo poſt genus non debuit ſubijcere ſpeciem minus dubitabilem, licet enim quandoq; toleretur quod poſt genus, aliqua ſpecies ponatur, ut in rub. C. de ſeruitu tib. & aqua, ubi glo. & Cagnol. hoc loco, tamen illud toleratur, uel quando ſpecies magis dubitabilis poſtponitur, uel ut declaretur, de quibus agatur in genere, qui aliter facit, inepte facit, nec ſunt multiplicande inconuenientia.

73 ADDVCITVR *Pro eadem opinione tex. in. l. ij. §. fi. ff. de iudic. ibi his datur mulcte dicende ius quibus publicum iudicium eſt, nõ alijs, niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum eſt, quo in loco intelligo publicum iudicium ideſt poteſtatẽ publici iudicij, hoc eſt apud quem inſtitui poteſt accuſatio publicorum iudiciorum de quibus ſit mẽtio in. l. 1. ff. de pub. iudic. & inſt. de pub. iud. in princ. Ita publicum iudicium accipitur in. l. nõ diſtinguemus. ff. de arbit. uel etiam poteſt intelligi publicum iudicium ideſt publicũ tribunal, quod tribunal non omnibus, ſed magnis tantum datum erat, ut per Bude. in annot. in pandect. in. l. 1. in fi. ff. de iudic. eſt ergo tex. expreſſus in d. l. ij. in fi. et expreßa deciſio, quod nemo poteſt mulctare, niſi hi qui habent magiſtratum cum imperio, ceteri non poſſunt, niſi expreſſe & ſpecialiter permiſſum ſit, ſane non reperitur ſpecialiter & expreſſe data hec poteſtas magiſtratibus municipalibus, qui carẽt imperio. l. nec magiſtratibus ff. de iniur. ergo non competit, per illum tex. liquidũ, & clarum.*

74 ADDVCITVR *Etiã hic text. in uerb. conceßũ, & tex. in. d. l. aliud §. fin, iu uerb. permiſſum & tex.*

in. d.

in d.l.ij.§.fin.in uerb.permiſſum, ex quibus apparet quod hec poteſtas eſt de genere prohibitorum, & regulariter eſt prohibita poteſtas mulctandi, arg.l.1.in uerſ.huius rei.ff.de off.eius cui mād. eſt iur.et l.qui teſt.§.mulier.ff.de teſtam. ideo qui uult dicere quod alicui competat debet conceſsionem oſtendere, & quidem ſpecialē, & expreſſam, non in genere nec tacite.

75 ADDVCITVR Etiam tex.in.l.ſi qua pena.ff. de uerb.ſig.ubi non aliter mulcta debetur, quàm ſi is dixerit, cui dicere licet, ex quo apparet ꝙ non omnibus paſsim licitum eſt hoc, & ſic ceſſat argum.eorum qui dicunt quod omnia licent, quæ non reperiuntur prohibita de quo per glo.in.l.magiſtratus.ff.ad municipal. hoc enim eſt de prohibitis ut ſepe dixi.

76 ADDVCITVR Etiam text. in. l.iij.§.ſi quis ad pedaneum.ff.ne quis eum qui in ius uocat.eſt ui exim.ſi quis inquit ad pedaneum iudicem uocatum ui eximat, pena edicti ceſſabit, hoc eſt nō incurret penam, quam incurrit is qui in ius uocatum ui eximit & licet ibi dicat glo. ꝙ hoc contingit propter uilitatem, quod etiam probat hoc loco Cagnol.nu.

TAMEN Re uera non eſt bona ratio, quia ſatis eſt quod uerba edicti eum comprehēdant quæ ſunt generalia, & comprehendunt omnem omnino qui in ius uocatum ui eximit, nec diſtinguitur unus iudex ab altero, Ideo non debuit interpres excipere illum quem pretor non excipit, quia hoc non eſt legem interpretari, ſed leges corrigere, & abrogare.

77 DIC Ergo quod in edicto illo tantum comprehenditur ille, qui ui eximit eum qui uocatus omnino

ne tenebatur, & poterat compelli ad eundum, hoc col ligitur ex. l. 1. §. oſſilius & l. ij. & . iij. eo. titulo ubi multa exempla ponuntur, & ſucceßiue proſequendo hanc materiam ponit etiam exemplum in eo qui uocatus eſt ad pedaneum iudicem, & ait quod non punitur eximens, non allegat rationem, ſed colligitur ex immediate precedentibus in quibus loquitur de eo, qui compelli non poterat ad eundum ad iudicem, Ideo cum ſemper proſequatur eandem materiam, dicendum eſt quod etiã in. d §. ſi quis ad pedaneum, ponit exemplum de eadem regula, hoc eſt de his qui ire non poſſunt compelli, & ſic quia uocatus ad pedaneum non poterat compelli ut iret, nõ tenetur illo edicto, ille qui uocatum ui exemit, colligitur ergo ex illo text. quod pedaneus iudex uocatum non poteſt compellere, ut coram ſe compareat, & per conſequens non poteſt uti remedijs quibus cohercentur contumaces, & ſic mulctare non poteſt, nec contemnẽtes iuriſdictionem ſuam punire, nec iuriſdictionem ſuam penali iudicio defendere, ita optime probat ille text. ſi non cauilletur, nec audiendus eſt Cagnol. qui dicit quod illa pena eſt nimis ſeuera, ideo ab infimo nõ infligitur, quia ego dico ꝙ pretor generaliter edictum fecit, & cõprehendit omnes qui uocatum in ius ui eximunt, qui ergo edictum interpretatur, ſi ab illo diſcedit, debet initi ſolida ratione, ſane non eſt ſolida ratio illa, quod pena nimis ſit ſeuera, nam eſt pecuniaria, item licet iuretur in litem ſecundum tex. in, l. pen §. in eum. ff. eo. tit. tamen non excedit ſummam rei de qua agi poteſt coram eo, & ſic non excedit iuriſdictionem ſuam

l. ij.

l.ij §. 1. ibi pro iuriſdictione iudicis damnabitur. ff. ſi quis in ius uocat. non ier, & preterea poterit iudex taxare ſummam arbitrio ſuo, & ſic in effectu dependebit ab arbitrio iudicis, non aduerſarij ut per Doct. in. l. in actionib. ff. de in litem iuran. ideo nugatorium eſt hoc quod de ſeueritate pene cõminiſcitur Cagnol. quid enim ſi infra. 300. aureos iuret, an hucuſq; infligi poterit pena à pedaneo iudice? certe non, licet ceſſet ſeueritas, nec etiam ſi de minima ſumma iuretur, quia ille tex. ſimpliciter & indiſtincte loquitur et ſentit quod omnino ceſſat pena illius edicti ſiue magna ſit ſiue parua, cuius rei illa eſt ratio quia, is qui uocatus fuerat, ut iret in ius, cõpelli à pedaneo non poterat ad obtemperandum cum careat imperio, ergo nec etiam puniet eximẽtem, quia non habet poteſtatem defendendi iuriſdictionẽ ſuam penali iudicio ut hic ait tex.

ADDVCITVR Etiam tex. in. l. ij §. 1. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. ubi ait quod ſi quis in ius uocatus non ierit ex cauſa à competẽti iudice pro iuriſdictione iudicis damnabitur, ibi proculdubio loquitur de magiſtratibus, quia uon poteſt dici uocatus in ius niſi ſit uocatus à magiſtratu, in ius enim uocatus intelligitur qui eſt uocatus in locum ubi dicitur ius, hoc eſt ubi magiſtratus ſalua maieſtate Imperij ius dicunt. l. pen. in. fi. ff. de iuſt. & iur. l. uoluit §. quod ait pretor. ff. de interrog. action. Item loquitur de propria & ſic de ordinaria iuriſdictione, ibi pro iuriſdictione iudicis &c. & tamẽ non ait indiſtincte, quod à quocunq; iudice poßit mulctari, ſed à competẽti iudice, à competẽti magiſtratu, innuit ergo quod 78

go quod non omnis magiſtratus, nec omnis habēs ordinariam iuriſdictionem eſt competens ad mulctandum uocatum à ſe & non euntem etiam pro iuriſdictione ſua, etiam ſecundum qualitatem iuriſdictionis ſue. & ſic ſunt aliqui etiam magiſtratus qui non ſunt competentes ad mulctandum. quod in minimis uerificari dicemus, cum cæteri maiores poßint, ut hic ait text.

79 ADDVCITVR *Etiam text. in. l. eos. C. de mod. mulct. ubi lex preſcribit mulctandi modum omnibus magiſtratibus, tamen ſemper loquitur de magnis, nunquam loquitur de paruis magiſtratibus ideo facile intelligimus, quod illi nullo modo mulctam dicere poſſunt, alioqui illis potius debuit preſcribi quàm magnis, quia de his magis erat dubium an & quatenus mulctare poſſent, ne alioqui non determinata ſibi quãtitate poſſent in infinitum mulctare. l. ſi qua pena, ibi iudicis poteſtas eſt quantam dicat, niſi cum lege conſtitutum eſt quantam dicat. ff. de uerbo. ſigni.*

80 ADDVCITVR *Etiam text. in. l. fin. C. de ſportul. per locum à ſpeciali, ſpeciale eſt enim in illo caſu. quod illi iudices mulctam dicant, ergo in alijs non mulctabunt, quia ius ſpeciale in uno caſu oſtendit in contrarium eſſe regulam in alijs. l. quod uero cõtra. l. ius ſingulare. ff. de legib. l. 1 §. 1. ff. ad municipal. c. quæ a iure de regu. iur. lib. vi. l. 1 §. huius rei. ff. de off. eius cui mand. de iuriſdictio. l. qui teſtamento §. mulier. ff. de teſtam. glo. in. l. eos. C. de fabricen. lib. xi.*

Poteſt

POTEST Etiã adduci id quod tradit Alciat. 81
in.l.ex lege.xij.tab.et in.l.aliud in uerb.magiſtratus ff.de uerb.ſigni.ubi ex uerbis legis. xij. tab. appa= ret datam fuiſſe tantũ hanc poteſtatem mulctandi ma giſtratibus Romanis,qui quidem habebant imperium l.cũ pretor §. 1.ff.de iudic. Conſequẽs eſt igitur ut municipales non poßint mulctam infligere tum quia non ſunt magiſtatus populi Romani, ſed municipum. l.fin.C.de iudic. tum quia carent imperio.l. nec ma giſtratibus.ff. de iniur.quis enim dubitat quin mul= cta non poßit infligi ab eo qui non habet imperium ? perfecto nemo, & hoc tenet Ang.in.l.nemo carcerẽ. C.de exact.tribut.lib.x.in repet. & apoſtill. ad abb. In.c. de cauſis de off. deleg. dico nemo niſi fatuus, nam mulcta preſupponit inobedientiam, inobedientia. & non obtemperatio preſupponit preceptum, & iu= ßionem. l. iniuriarum §. ſi quis quod decreto.ff.de iniur. l. non uidentur §. qui iuſſu. ff. de regu. iur. qui iuſſus & quod preceptum non poteſt fieri ſine im perio ut patet ad ſenſum, quin immo obtemperatio preſupponit imperium ut innuit text.in.l.non poteſt dolo.ff.de reg.iur.alioqui ſi ſine imperio fieret, illi im perio non pareretur,per tex. & quod tibi not.Doct. in .l.fin. ff. de iuriſdic. omn. iud. Item qui mulctam dicit, is penam infligere dicitur, & cohercet & pu= nit.l.aliud §.fin. ff. de uerb.ſign. quæ cohertio non poteſt fieri ſine imperio.l. legis. ff. de legib. iuncta. l.1. ff. de conſtitut. princip.ideo duum uiri qui ca= rent imperio. l. nec magiſtratib. ff. de iniur. non poſ ſunt mulctam dicere, ut hic in text. noſtro, & in

locis

locis ſupra allegatis.

82 Nec refert quod hodie in aliquibus habẽt aliquale imperiũ, quia ut ſupra dixi, hoc non ſufficit, dico enim quod ſine imperio non poteſt quis mulctam infligere, tamen non dico quod quilibet qui habet imperium aliquod mulctare poßit, ſed expreſſe dico quod niſi ſit magnus magiſtratus, uel niſi ei ſpecialiter hoc ſit conceßũ, nõ poterit mulctã dicere, per tex. in. l. ij. §. fin. de iud. & per alia ſupra per me allegata, & hoc etiã uidetur probare tex. in. l. ea que. ff. ad municipal. ubi ait lex quod ea que ſunt magis imperij quàm iurſdictionis non poſſunt expediri per magiſtratum municipalem, ego autem dico quod mulcte dicende poteſtas imperij eſt magis quàm iuriſdictionis ut patet ad ſenſum, quia qui mulctat cõpellit, & ſic utitur imperio, item & preſupponit iuſſum & preceptũ preceßiſſe, cui non fuit obtemperatum, & quod preceptum ſine imperio fieri non poteſt ut ſupra dixi, ideo eſt magis imperij quàm iuriſdictionis & hoc nõ negant Doct. qui in. l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudi. cõnumerant ius mulctandi inter gradus meri imperij, & licet ponant in minori gradu, tamen ſatis eſt quod fatentur eam eſſe de imperio mero, ideſt ſeparato, & diſtincto a iuriſdictione ſimplici, & per conſequens expediri non poteſt per magiſtratus municipales d. l. ea que. ff. ad municipal. quicquid dicant Doct. in. d. l. imperium qui communiter tenent contrarium, & male, cum eorum opinio iure non probetur.

83 OBSTARE Tamen uidetur quod pretores caſtrorum & uillarum hodie mulctare poßũt, ut docet

conſuetu=

conſuetudo, que eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & tradit Guido *pap. deciſ. ccccccxxvi. & hoc eſt quod torſit* Doct. *& a uero tramite deflexit, ſed ad hoc facilis patet reſponſio,* Dico *enim quod iſti pretores ualde differunt à duum uiris, de quibus fit mentio in tex. noſtro, alioqui ſi ex iuriſdictione & ex imperio horum pretorum metiremur poteſtatem duum uirum municipalium, iam fateri oporteret, quod non ſolum mulctare, ſed etiam gladij poteſtatem exercere poterunt, prout hodie faciunt hi pretores caſtrorum & uillarum, ſane conſules & priores collegiorum, puta fabrorum uel notariorum, uel mercatorum, etiam hodie non mulctant, niſi quatenus ſpecialiter eſt illis conceſſum à principe, prout hic ſentit* Bald. *de iudicibus communis col. 1. nu. ij. & glo. de iudcibus appellationis in .l. cum ſententiam, in uerb. officio.* C. *de ſentent. & interlocu. iud.*

ET *Ita reſideo cum hac opinione* Azonis, *quam* 84
etiam probat Alber. *& dicit eſſe communem, probat etiam hoc in loco* Fulg. *&* Paul. *caſt. &* Aquen. *&* Iaſ. *hic col.* viij. *in uerſ. ego ult. & in uerſ. conclude, & quam de iure ueram eſſe atteſtatur* Guid. *pap. deciſ. ccccccxxvi. & probat* Alciat. *in l. aliud §. fin. in uerb. magiſtratus. ff. de uerb. ſign. & quam fatentur* Alex. & Lanzell. Dec. & Cagnol. *ſubuerti non poſſe ſine cauillationibus licet poſtea nimis improbe ſequãtur communem,* Vt *autem tibi nota ſit materia mulctarum que frequens eſt & utilis, & quam non facile alibi in unum collectam uidebis.* Decreui *conſtituere regulam tot & tantis ampliationibus & limitationi*

mitationibus exornatam, ut ex ea facile ſciri poßit, qui mulctare poſſunt, quiq; item mulctari poßint, & in quibus caſibus & quatenus liceat & non liceat.

84 F A C *Ergo regulam & concluſionem ex ſupra dictis quod magiſtratus omnes poſſunt mulctare inobedientes & contumaces, ut hic ait text. noſter, facit tex. in. l. ij. §. fin. ff. de iudic. & tex. in. l. aliud §. inter. ff. de uerb. ſign. & . l. eos. C. de mod. mulct.*

85 P R I M O *Amplia procedere ut etiam aliter quam per mulctam magiſtratus tueri poßit iuriſdictionem ſuam contra inobediētes, puta captis pignoribus. uel per capturam perſone ut hic per Bart. & alios Doct. & etiam per hunc tex. qui generaliter loquitur de penali iudicio, nec ſe reſtringit ad mulctam potius quam ad aliud genus pene, & cohertionis, quod etiam hic tenet fulg. pena. n. eſt nomen generale ut dicit egregie text. in. l. aliud §. inter. ff. de uerb. ſign. & ideo non recte loquitur glo. hic dum exponit penale iudicium ideſt mulctam, Cagnol. tamen eam ſequitur nu. liiij. in uerſ. glo. ſuper uerb. penali col. xiiij. & reprobat ſentētiam fulgoſij. & ait expoſitionem glo. eſſe neceſſariam propter uerb: ſecundum ius poteſtatis ſuæ, quia pena non eſt in arbitrio iudicis, ſed certa eſt & determinata à lege. d. l. aliud in fin. & . l. ſi qua pena. ff. de uerb. ſigni. & ſic non dependet à poteſtate nec ab arbitrio iudicis, quod ſecus eſt in mulcta, Tamē aduerte quia iſta uerba poſſunt uerificari etiam in pena, nam licet pene ſint certe. tamen non omnes ab omnibus imponi poſſunt, ſed magne à magnis, leues à paruis, ut in §. audient in auth.*

de de=

de defenſor. ciuit, & .l. magiſtratibus .ff. de iuriſdi. omn. iud. Nec *refert quod mulcte uarientur, pene non uarientur, quia quicquid hic dicat* Cagnol. *non loquitur hic text. de uariatione, nec de arbitrio, ſed de poteſtate iudicis, & ſic magiſtratus poſſunt iuriſdictionem ſuam defendere penali iudicio, ſecundum ius poteſtatis ſuæ ideſt ſecundum poteſtatem quam habent, poſſunt autem parui leues penas infligere, magni magnas, ſiue loquamur de penis, ſiue de mulctis, & ſic ſecundũ poteſtatem ſuam,* Aduerte *tamẽ, quia hic text. non loquitur de penis de quibus loquitur tex. in. d. §. audient, nec in. d. l. magiſtratib. alioqui fateri oporteret ꝙ etiam illi magiſtratus de quib. ibi ſit mentio mulctare poſſunt, ſed illi text. loquuntur de penis generalium delictorum, ſine contumatia, text. noſter loquitur de pena delicti ex cõtumatia, quæ differunt inter ſe. d. l. aliud & .l. ſi qua pena. ff. de uerb. ſigni. lancell.* Dec. *in. l. ij. §. fi. ff. de iudic.* Cagnol. *hic num. liiij.* Fel. *in .c. qualiter & quando col. xx. in vi. limitat. de accuſat.* Poteſt *tamẽ ſuſtineri text. in generali ſignificatione de quacunq; pena quæ contra contumacem irrogari poteſt, ſiue ſit corporalis, ſiue pecuniaria, dum tamen ex inobedientia imponatur, & ad defenſionem iuriſdictionis proprie puta carcerando, uel pignora capiendo, ad cohercendum inobedientem, & cogendum ut compareat, uel alijs remedijs utendo, quæ multa iudici competunt pro tuenda iuriſdictione ſua, ut hic per* Cagnol. *in primo notab. nu. ij. col. 1. & col. xvij. nu. lxxi. uerſ. poſtmodum, & latius per* Maranth. *in ſpecul. aur. in. vi. parte, in ſe-*

cundo memb. ubi enumerat. xxiiij. penas contumacie, ibi omnino uide.

86 SECVNDO *Amplia procedere non ſolum ex mero officio ſed & iure actionis cohercentur, & mulctantur contumaces, ita tradit hic* Bart. *in.* v. *queſti. datur enim ſecundum* Bart. *ad infligendam mulctam actio in factum & officium iudicis, &* Cagnol. *col. xix. uerſ. unum. lxxix. & eſt communis opinio ut hic per* Cagnol. *num. lxvi.* Alex. & Soz. *inf. hac ead. l. §. fin. & hic idem* Cagnol. *nu. lxviij.* An *autem & quando oriatur actio quando uerba diriguntur ad iudicem, uide omnino* Dec. *hoc examinantem in. l. ſoror* C. *de collation. col.* 1. *ubi dat regulam, cum ſex limitationibus, tamen hanc ampliationem non tenebo infra in quarta ampliation.*

87 TERTIO *Amplia procedere ut non ſolum propriam iuriſdictionem tueri & defendere poßit penali iudicio, ſed etiam alienam, ita hoc in loco tradit* Bart. *in quarta queſt. cuius ſententiam ſequuntur communiter* Doct. *ut hic atteſtatur* Cagnol. *col. xix. num. lxxviij. puta excommunicando, mulctando, & alijs remedijs cohercendo, ut hic tradit* Paul. *caſt. &* A*quen.* Idem *tradit* Ange. *in auth.* de *teſtib. §. quoniam, &* Alex. & *alij, in. l. à diuo pio. §.* 1. *ff.* de *re. iudi. &* And. *ſic. in. c.* 1. *col. xi. & ſeq.* de *offic. ordin. & de inuocatione brachij ſecularis de quo tractat hic* Bart. *uide omnino* Doct. *in. d. c.* 1. de *offic. ordin.* Et Fel. *in. c. ſignificaſti. de off. deleg. &* Cagnol. *in. l. cũ quedam puella. ff.* de *iuriſdic. om. iudic.*

88 QVARTO Amplia *procedere ut etiam teneatur*

neatur ipſe iudex mulctare contumacem, ut hoc in loco tradit Bart. *quando ſcilicet intentata eſt actio, uel accuſatio, alias puniri poteſt iudex qui non mulctat contumacem, quia iuriſdictio habet neceßitatem iniunctam, & iudex ipſe tenetur ius dicere ſecundũ* Bald. *in. d. l. ij. ff. de off. pconſ. Quod procedit parte inſtante & actionem intentante, ſecus ſi iudicis officium imploretur, non tunc non tenetur iudex omnino mulctare, ſed poteſt alio remedio compellere aduerſarium ad obtemperandum ut hic ait* Bart. *quem ſequuntur cōiter* Doct. Amplius *ſubdit* Cagnol. *hic num. lxx. quod etiam quando imploratur iudicis officium tenetur iudex omnino mulctare, quando pars preciſe petit quod contumax mulctetur, ut hic per* Cagnol. *nam & officium petenti iudex tenetur impartiri, alias ad ſuperiorem poteſt haberi recurſus per ea quæ tradit* Bart. & Doct. *in. l. ij. ff. de iuriſdic. om. iudic. ſed ſi pars implorando officium ſimpliciter petat aduerſarinm cogi ad obtemperandum nec expreſſe petat quod procedatur ad mulctam, tunc erit in arbitrio iudicis omiſſa uia mulcte alio remedio illum cogere, plura enim ſunt remedia compulſiua & hic per* Bart. *& eſt in arbitrio iudicis, quod ſibi placuerit eligere ut hic per* Bart. *cum quo tranſeunt hic communiter* Doct.

OBSTAT Text. *hic in uerb. conceſſum, ex* 89 *quo apparet quod non iniungitur hæc poteſtas, ſed indulgetur, & ſic uidetur quod cogi non poßit.*

RESPONDET Cagnol. *nnm. lxix. quod loquitur text. quando pars non petit, ſed parte inſtante,*

te, tenetur iudex mulctare ut hic per Bart. & alios.

MELIVS Dic quod uult dicere lex quod hæc poteſtas mulctandi non competit iure imperij, nec iure magiſtratus, ſed ex conceßione legis, poſtquàm tamen conceſſa eſt hec poteſtas, an teneatur ea uti, & eam exercere hoc non negat lex, nec per hoc deſinit eſſe conceſſa, licet iudex teneatur ad inſtantiam partis eam exercere.

OBSTAT Tamen text. in. l. non quicquid. ff. de iudic. ubi ait ꝙ quando aliquid permittitur iudici, non ſemper dicendum eſt quod iudex id facere cogatur. l. 1. C. quomod. & quando iud. hæc autē poteſtas mulctandi eſt de his quæ permittuntur à lege, ut hic in uerb. conceſſum, & in. l. ij. §. fin. in uerb. permiſſum ff. de iudic, et in. l. aliud. §. fin. in uerb. permiſſum. ff. de uerb. ſigni. Ideo uidetur quod non debeat cogi iudex ad mulctandum contumacem.

90 OBSTAT Etiam quod eius qui agit, ad mulctam ſua non intereſt cū pena iſta fiſco applicari debeat. §. fin. inf. hac ead. l. & propterea repelli poterit per not. per. Bart. in. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. tradit Alex. in. l. ſi patroni. §. qui fidei commiſſariam in. iij, not. num. iij. ff. ad trebell. Idem Alex. in l. ille a quo. §. ſi de teſt. num. iij. ff. eod. titu. late Tiraquel. in tract. de retract. §. 1. glo. ij. fo. liiij. num. 51. ubi multa cumulat quod nemo agit ſine intereſſe, immo & ſi ſemel interfuiſſet, poſtea autem deſijſſet intereſſe non audiretur, ut ibid. per Tiraquel, num. 51. alleg. tex, in. l. procuratorem §. mandati actio. ff. mandat. & . l. ſi ſeruus. ff. de condi. furt. & . l. de conuen

tione &

tione & ibi Alex. & Dec. C.de pact. & propterea ſentit hic Cagnol. num.lxv. & num. lxviij. & inf. eod.§. fin.num.xxvi.pe. in fin. quod non oritur actio parti pro ſuo intereſſe, exiſtimat tamen quod oriatur actio pro publico intereſſe, ut hic per eum num.lxvi. que opi.eſt communis ut hic per eum, quod diſplicet Cyn. Bald. & Aquen. & curt. ut hic refert. Cagnol. num.lxviij.

RATIONEM *Allegant quia uerba hic ſunt* 91 *directa, ad iudicem, quo caſu non ſolet naſci actio, ſed oritur iudicis officium per text. iuncta glo. in uerb. iubebit in.l.ſi ſoror. C.de collat. glo.fin.in.l.ſi res obligata.ff.de leg.primo not.in.l.1.§.pretor ait.ff.de poſtuland. & in .l. ſolent .ff. de aliment. & ciba. leg. late Bart.in.l.1.ff.de cond.ex leg. Alex.in.d.l.ſi ſoror Fel.in.c.exceptionem col. iij. de exceptio. Cepol. in conſ.xij. Dec. late in.d.l.ſi ſoror. maxime quia hic uidetur quod uerba reſpiciant modum agendi, proceſſum enim reſpiciunt, dum dicit penali iudicio, & hoc caſu uidetur omnino quod oriatur iudicis officium ut expreſſe tenet Dec.in. d.l. ſi ſoror num.ij. uerſ. uel ſecundo, allegat tradita per Bart.in.l.1. col.ij. uerſ. inſtatur.ff.de condit. & demonſtrat. Item quia ſi iure actionis infligeretur, nõ poſſet remitti mulcta etiã propter paupertatem, quæ tamen remittitur, ut.l.illicitas.§.fin.ff. de offi.preſid. quod euenit quia off. nobili infligitur ut per Fel. in.c. qualiter & quando num..xxxv.col.xx.uerſ. ſexto fallit, de accuſatio. Ex quo uidetur poße tentari quod non naſcatur actio pro mulcta infligenda, licet Doct. communiter te*

neant contrarium ut dixi in ſecunda ampliatione.

92 ITEM Quia hic agitur de uindicanda iniuria iudicis, ut innuit text. ibi, iuriſdictionem ſuam defendere, & ſic agitur de ulciſcenda aliena iniuria, quo caſu ego non puto quod priuato competat actio, quia non eſt de perſonis enumeratis inter eas quibus datur actio pro aliena iniuria, ut per Bal. in rub. C. qui acc. non poſſ. col. pen. nu. x. uerſ. ſed communis, Alex. in. l. fin. ff. de priuat. delict. & in rub. ff. de popul. actio. quicquid ibi dicat Bart.

ADVERTE Tamen quia in caſu iſto uidetur quod hoc crimen ſit publicum, ex quo magiſtratus fuit offenſus ut per Bald. in. d. Rub. col. pe. num. viij. uerſ. in tribus. C. qui accuſ. non poſſ. & ſic uidetur quod detur actio & parti, ut hic concludunt communiter Doct.

POTEST Reſponderi quod hic non cadit uere offenſio de qua loquitur Bald. in. d. Rub. & ſic non eſt proprie actio iniuriarum, Immo Doct. appellant actionem in factum, Ideo tentari poteſt quod ex quo non intereſt partis iſtum mulctari, quod non habeat actionem, ſed iudex illum mulctabit ex officio, ſuper quo tamen cogitandum relinquo, quia omnes tenent contrarium.

93 ET Quod non poſſit cogi iudex ad mulctandum mihi uidetur hoc probare text. in. l. ſi qua pena in uerſ. nec ante. ff. de uerb. ſign. ubi ait text. que mulcta non ante debetur, quàm ſi is dixerit, cui dicere licet, ibi ponitur differentia inter culpam, & mulctam, & ſentit quod pena debetur ſi nondum inflicta ſit,

cta ſit. mulcta uero non debetur, niſi cum inflicta eſt à Iudice, & ſic ante ſententiam condemnatoriam non debetur, ergo non competit actio, ſi non debetur inſt. de act. §. 1. deniq; dicit ibi text. quod pena debetur ſimul atq; quis de maleficio conuictus eſt, mulcta non debetur, etiam ſi quis de inobedientia conuictus ſit, niſi fuerit inflicta, ergo non poteſt cogi iudex ad eam infligendam, alioqui deberetur, ſaltem eo modo quo debetur pena ante condemnationem, poſt commiſſum ſeu conuictum crimen, Preterea eſt aduertendū quod qui petit mulctam petit incertum, & id cuius quantitas dependet ab arbitrio iudicis, & ſic ad minimam ſummam reduci poteſt, cum in eius arbitrio ſit quantam dicat. d. l. ſi qua in fin. ff. de uerb. ſign. Ideo non uideo ad quid cogi poßit iudex, hoc tamen non eſt tutum fundamentum, quia idem euenit in arbitrarijs actionibus. l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Videtur tñ ex alio probari hæc opinio contra communem, ſcilicet ex text. in. l. aliud. §. fin. ff. de uerb. ſign. dum ait quod mulcta ex arbitrio eius uenit, qui mulctam dicit, pena ex lege imponitur, iſtis uerbis plura ſignificātur, non ſolum enim ſignificatur quod quantitas mulcte eſt in arbitrio iudicis, ſed etiam ipſa mulcta, & ſic erit in arbitrio iudicis utrum mulctam infligat, & quantam infligat, pena autem non ſic eſt in arbitrio iudicis, hoc eſt, nec utrum imponatur, nec quanta imponatur, ſed ita demum imponitur, ſi lege hoc cauetur, & quanta à lege cauetur, non alias, ita dicit text. ille, ex quo mihi uidetur liquido probari quod eſt in arbitrio iudicis, utrum mulctam infligat,

nec ne, & per conſequens quod cogi non poßit, Cogita, quia communis opinio eſt in contrarium, à qua quodammodo nefas uidetur recedere in dubio, cum non habeamus legem quæ manifeſte hoc probet. Illud tamen ſcire te uolo, quod in praxi. nunquam uidi cogi iudicem ad aliquem mulctandum, nec ſindicari ſi poſtulatus non mulctauerit, Cogita.

94 QVINTO Amplia ut etiam poßit bona confiſcare iudex propter contumatiam ut hic per Iaſ. colum. penul. in princip. alleg. Bald. in. c. ij. de Teſtib. cogen. hoc improbat Aquen. hic col. fin. & curt. col. ij. & Dec. in. c. 1. colum. fin. de off. deleg. ut rerefert hic Cagnol. num. lxxiiij. & probat nu. xc. & nu. xciij. uide quæ dicētur inf. in limit. xxiiij.

95 SEXTO Amplia procedere etiam ſi in precepto citatorio certa pena leuis eſſet comminata, nam hoc non obſtante poterit iudex maiorem penam infligere, uel etiam leuiorem ex eius arbitrio, quod etiam probat hic Cagnol. num. lxxxvi. & ita ſeruat conſuetudo, ſecundum Cagnol. hic num. lxxxi.

Obſtat quia ſi mihi precepiſſet iudex ſub certa pena maiori, forte ego paruiſſem, Ideo iniquum uidetur quod maior pena infligatur, quàm fuerit comminata, argu. l. 3. C. de his qui uen. etat. Reſpondet Cagnol. hic nu. lxxxvi. quod citatus debuit conſiderare quod iudex poteſt augere huiuſmodi penas, & ſic obtemperare debuit, alioqui dolo non caret. l. non poteſt dolo. ff. de reg. iur. l. iniuriarum. §. ſi quis ff. de iniur. l. non uidetur. §. qui iuſſe. ff. de reg. iur. & hæc procedunt quando preceptum factum eſt ſine

cauſe

cauſe cognitione, illud enim augeri poteſt & minui, ut hic per curt. probat Cagnol. num. lxxxiij. & nu. lxxxvi. ſecus ſi factum ſit cauſa cognita, tunc mutari non poteſt ut hic per Cagnol. qui multa alleg. & ita ſe habet communis ſentẽtia, a qua non eſt recedendum, Illud tamen uos monitos uolo, me nunquã uidiſſe aliquem mulctari ſupra ſummam in precepto comminatam, in leuiorem ſæpe uidi, & obſeruaui.

SEPTIMO Amplia procedere etiam ſi in pre 96
cepto citatorio nulla certa pena ſit comminata, ſed dicatur tantum, ſub pena arbitrio iudicis imponenda, ualet enim huiuſmodi comminatio, & huiuſmodi preceptum. l. ius alimentorum. §. pen. cum ibi not. per Bart. ff. ubi pupill. educ. deb. & probant communiter Doct. poſtea enim in ſentẽtia certificari poterit pena per iudicem, ut hic per Bart. in vi. concluſione & Cagnol. num. lxxxviij. uerſ. tertia conclnſio, & approbatur communiter per Doct. ut hic atteſtatur cagnol. Non ob. ratio incertitudinis, que uidebatur uitiare argu. text. in. §. curare inſt. de actioni. quia ex quo uenit certificanda iudicis arbitrio non uitiat. l. 1. cum ibi not. de leg. ſecundo Cagnol. hic num. lxxxviij. & ſeq.

OCTAVO Amplia procedere ut etiam ſine 97
nouo proceſſu mulcta inſligi poßit contra contumacem, quia notorium eſt iudici illum eſſe contumacem ut hic ait Bart. in. iij. queſt. ex quo enim ex actis conſtat de contumacia, intelligitur notorie conſtare, quia acta inducunt notorium. c. ult. & ibi plene not. extra de cohabit. cleric. & muli. &. c. cum olim de

uerb.

uerb. ſign. Inno. in. c. ex inſinuatione in fin. & ibi Hoſtien. abb. & Dec. qui concordan. affert & Tiraquel. in tract. de Retract. §. xxxvi. glo. ij. fo. Dccxliij. Ideo in caſu propoſito iudex contumacem ſine nouo proceſſu mulctabit, ſecundum Bart. quæ cõ cluſio communiter approbatur, ut hic per Alex. & Iaſ. col. fin. Ideo dicebat Ang. in. l. edilibus. ff. de edidic. edict. quod in leuibus delictis repertum in fragranti crimine, poteſt iudex ſine nouo proceſſu ad catenam uinciri iubere Bart. in. l. leuia. ff. de accuſa. uide Alex. in conſ. xxxv. col. fin. uerſ. & ad hoc nu. vij. uol. ij. Cagnol. hic nu. xcvi. & . xcviij.

REQVIRITVR Tamen citatio ad allegan. quare mulctari non debeat, ut hic per Bart. quem ſequuntur communiter Doct. per text. in. l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Iaſ. hic col. pen. uerſ. ſucceßiue ubi atteſtatur communem, & ita in praxi ſeruatur, limitat tamen procedere in condemnatione expenſarũ propter contumatiam, ut hic per eum col. pen. Idem eſt quando in precepto cõminatum eſt quod ipſo non comparente, eum ſine citatione mulctabit, Ita iaſ. hic col. fin. uerſ. tenendo. probat Cagnol. nu. xcviij. uerſ. unum.

98 NONO Amplia procedere etiam ſi citaretur pro cauſa pro qua habet exceptionem, puta ſi commiſſet delictum tempore quo erat clericus, deinde depoſuit clericatum, licet enim pro hoc delicto non poßit puniri, quia attenditur ſtatus in quo erat tempore commißi delicti ſecundum Bald. in. l. affinitatis in fin. C. communia de ſucceßion. abb. in conſ. lxxxv. col. fina.

fina. lib. primo Alex. conſ. viij. circa fin.uol. primo & conſ. cxlix. col.ij.uol. facit text. in.l.ij.§. 1.ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & in.l. is quis ex aliena. ff. de iudic. Tamen ſi citaretur tempore quo eſt laicus, & citatus non compareret ad allegan.defenſiones ſuas poſſet mulctari.l.ij.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.in princ. probat Cagnol.hic col. fin. nu.cviij.hec ampliatio requirit altiorem indaginem, dicam inf. in. xiij.limit.

DECIMO Amplia procedere etiam ſi uelit iudex penam applicare parti,ideo dixit Alex. inf.ead. l.in.§.fin. num.xvi.uerſ.ex hoc not. ꝙ iudex poteſt comminari contumaci ſe applicaturum penam aduerſario. alleg. Bald. in addi.ſpecu. in tit. de ſenten. prolat.col.iij. ſubdit Alex. quod hoc caſu erit utilis comminatio quia ea omiſſa fieret applicatio fiſco per text. in.l.mulctarũ.C.de mod.mulct. & ita intelligit ibi Iaco.but.dic ut ibi per Alex. 99

DECIMO PRIMO Amplia procedere in quacunque parte iudicij commiſſa fuerit contumacia ſemper enim poterit mulctari ut per Bart.in.§. ſeq. in hac.l. 1. quem ibi ſequuntur Doct. precipue Cagnol.in primo not. nu.iij.d.§.ſeq. 100

DECIMO SECVNDO Amplia procedere etiam ſi res de qua agitur fuerit iuſſu iudicis ab lata à manu citati non obtẽperantis,nam nihilominus mulctari poterit ob contemptum iudicis,alterum enim ad partem ſedandam, alterum ad iudicis iniuriam ulciſcendam tendit, & hec cumulari poſſunt, ſecus ſi utrunque ad uindictam pretoris tenderet, ut tradit 101

Bald.

Bald. Soz. Iancell. Iaſ. & alij in. §. ſeq. & ibi Cagnol. in ſecundo not. num. iiij. niſi in caſu de quo in. l. 1. §. quid ergo. ff. de uent. inſpicien. & ut per cagnol. in. d. §. ſeq. num. iiij. alleg. Dec. in. c. conſultationibus col. fin. de off. deleg. & in. c. de cauſis col. viij. eod. titu. Quod tamen limita & declara dupliciter ut per Cagnol. in. d. §. ſeq. col. iij. uerſ. contrariam, quod intellige ut infra in. xxix. limit.

102 DECIMO TERTIO Amplia ut poßint mulctari, non ſolum litigatores ipſi, ſed etiam teſtes & aduocati, & omnes alij impedientes iudicis iuriſdictionem ita tradit Bart. in. §. ſeq. infr. hac ead. l. in ſecunda queſt. & ſequuntur communiter Doct. not. glo. in. l. 1. §. ait pretor. ff. de poſtul. quæ de aduocato loquitur, quo uero ad teſtes probat tex. in. c. 1. & ſecundo de teſtib. cogen. & ibi Fel. late. uide etiam Alex. conſ. cij. lib. vij. & lanfranch. de orian. in repet. c. quoniã contra falſam de probation. in uerb. teſtium de poſitiones num. xli. uerſ. ſed pone quod teſtes & num. xlij. uerſ. ſed nunc quero, conſequenter, ubi ait quod teſtes cogentur à iudice eccleſiaſtico per cenſuram eccleſiaſticam, ſed à iudice ſeculari compellentur ut in. l. iij, §. adhibere. ff. de tabul. exhiben. cogentur autem mulctam indicendo, ut l. 1. §. quid. ff. de uent. inſp. uel pignoribus captis ad inſtar tutoris ſatiſdare nolentis, ut in. §. ſciendum Inſt. de ſatiſdat. tut. & ita ſe habet ſententia communis ſecundum eum, & ita tenent Bart. Bald. Albe. ang. & alij in. l. ſi quando. C. de teſtib. Nõ poterunt tamen in carcerem detrudi ob teſtimonium dicendum

per

per tex.in.d.l.ſi quando, niſi ex ſtatuto, uel ex conſuetudine aliud ſit inductum, ut ibi ait lanfranch. num.xxiiij.

DECIMO QVARTO *Amplia proce-* 103
cedere etiam pro quacunque minima inobedientia ut not.glo.mag.inf.ead.l.§.ſeq. & ibi ang.not. & iaſ. in.§. ſi procurator in princ. inf.ead.l. quod intellige ut infr.in.xxix.limit.

DECIMO QVINTO *Amplia proce-* 104
dere ut etiam proprios nuncios & executores, mulctare poßit, ſi in officio deliquerint, quod procedit etiam in delegatis de hoc eſt caſus in.l.ij.C.de ſportul. minor tamen eſt conſtituta mulcta quàm in alijs caſibus de quibus fit mentio in.l. eos. C. de mod. mulct.

DECIMO SEXTO *Amplia proce-* 105
dere etiam in iudice eccleſiaſtico, ut tradit Ant. franc.in addition.ad abb. in.c. de cauſis incip. circa hanc col.iij. de off. deleg.

DECIMO SEPTIMO *Amplia proce-* 106
dere etiam ſi citatus miſerit procuratorem, qui tamen non comparuit, nam poterit dominus mulctari, quia ipſe debebat obtemperare, & ipſe contumax dicitur, non autem procurator.l. ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mandat. Ideo *ipſe dominus mulctari poteſt ut ait* Cagnol.*inf.hac.ead.1. pen. & ita ſi habet communis opinio, Quod nõ procedit quando procurator non potuiſſet ob fortuitum caſum comparere, ut per* Doct. *communiter in.d.§. pen.inf. hac.ead.l. de quo tamen uide* Fel.*in.c.1.colum. iij. & .iiij. ut lit. non*

con-

conteſt.

SECVNDO Non procedit concluſio Bart. quando procurator qui negligens fuit communi opinione diligens exiſtimaretur, tunc enim excuſaretur dominus, argu. text. in. l. argentũ. ff. commodat. abb. in. c. 1. ut lit. non conteſt. Cepol. cautell. lvij. cagnol. in. l. contractus. ff. de reg. iur. uide omnino Cagnol. in. d. §. pen. ubi dat alias limitationes num. iiij. ibi uideatis Bart. Alex. Iaſ. & alios & cum his tranſeunt communiter Doct. De hac ampliatione uidebitis quæ dicam infra in limitationibus, nam ego non ſoleo admittere hanc communem ampliationem illa ratione quia mittens procuratorem credidit eum comparıturum, & ſic caret dolo, & uidetur excuſandus quia in mulcta dolus requiritur, ut dicam infr. in viij. limitat.

107 DECIMO OCTAVO Amplia ut non ſolum Reum, ſed etiam actorem inobedientem mulctare poßit per hunc text. qui ſimpliciter loquitur, & ita tenent hic omnes, Immo maior eſt contumacia actoris quam Rei. c. cauſam de dol. & contumac. iuncta glo. magna in uer. preterea &, c. fin. de eo qui mitt. in poſſ. &, c. 1. & ibi glo. 1. ff. de dol. & contumac. lib. vi. Bald. in. l. cum mulier col. vi. uerſ. uideamus igitur. ff. ſol. mat. Tiraquel. in tract. de retract. §. viij. glo. ij. fo. ccccxxxviij. num. xij. & ideo dicitur quod non tam facile purgat contumaciam, quàm Reus ut per Bald. in. l. & ſi poſt tres col, iij. uerſ. ſed contra iſtud. ff. ſi quis cautio. Bart. in. l. hec conditio la ſecunda. ff. de cond. & demonſtrat. Tiraquel. in loc.

in loc. alleg.

Hanc cõcluſionẽ primo limita nõ ꝓcedere in duũ 108
uiris ſeu magiſtratib. municipalibus per hunc text. in uerſ. non tamen, qui expreſſe dicit quod hi magiſtratus non poſſunt mulctare, ut ſupra late oſtenſum eſt quam opinionem tenet Azo. *ut hic ait glo. tenet .hic* Albe. *qui ait eſſe communem, & fulg. &* Paul. *caſt. &* Iaſ. & Aquen. *quã etiam tenet.* Alciat. *in. l. aliud in uerb. magiſtratus. ff. de uerb. ſigni. tenet etiam gui do papp. in deciſ.* Dcxxvi. *licet de conſuetudine dicat aliud obſeruari, in patria ſua, & mihi uidetur ueriſſima, prout etiam uera uidetur* Alex. *& lancell. hic licet non audeant recedere ab opinione glo. &* Bart. *que eſt magis cõis ut hic per* Doct. *& per alex. conſ.* xxxv. *uolu. ſecundo,* Hec *limitatio reſtringitur per glo. hic &* Bart. & *communiter* Doct. *ut procedat quo ad magnas mulctas ſecus eſt in leuibus, nam eas poſſunt infligere hi magiſtratus humiles ſecundum cõmunem opinionem* Doct. *quæ opinio non eſt uera ut per* Azo. *& alios ſequaces ſupra relatos, qui indiſtincte tenent, quod hi tenues magiſtratus nullo modo mulctare poſſunt, quorum opinionem ego ſequor, ut ſupra latius deduxi.*

DECLARATVR H*æc limitatio ut pro-* 109
cedat in his magiſtratibus municipiorum, qui carent imperio ſecundum text. in. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. ſecus ſi haberent imperium merum, nam puto quod mulctare poſſunt, ex quo equiperantur preſidibus ut in. l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de off. proconſ. tradit glo. in extrauag. de pac. conſtan. in uerb.

crimina-

criminalib. & ſic caue ne credas quod pretores caſtrorum ſint hi magiſtratus, qui olim duumuiri appellabãtur, ſed potius his ſimiles ſunt iudices communis de quibus hic meminit Bald. col. 1. in prima lect. et iudices appellationis de quibus meminit glo. in. l. cum ſententiam. C. de ſenten. & conſules ſeu priores mercatorum ſeu aliorum collegiorum qui habent modicum iuriſdictionem nec habent imperium niſi quatenus princeps ſpecialiter dederit.

110 DECLARATVR Secundo ut non procedat ex conſuetudine iam enim obtentum eſt ex conſuetudine quod hi magiſtratus poſſunt mulctare, ut ait Guido papp. in deciſ. DCXXVI. & Cagnol. hic nu. liij. quæ conſuetudo ſeruanda eſt. l. de quibus. ff. de legib. & ibi Bart. & Bald. per Alex. in. l. poſt dotem colum. x. circa fin. num. xxvij. ff. ſolut. matri. Aduerte ſuadeo quod ſeruetur conſuetudo in locis in quibus uiget, ſed non eſt ſimpliciter credendum Doctori atteſtanti, quod ita ſe habet conſuetudo ut per Alex. in. d. l. poſt dotem colum. xi. uerſ. ſed puto num. xxix. ff. ſolut. matri. Aret. in conſ. cxxxvij. late Cagnol. hic. colum. vij. uerſ. tertio limita. num. xix. & xx. ſaltem quin probari poßit contrarium ut per Dec. in. l. ij. §. mutui num. xij. & num. xiiij. ff. ſi cert. pet.

MAXIME Quia Guido in. d. deciſ. DCXXVI. atteſtatur de conſuetudine locali, non autẽ uniuerſali, ideo erit aduertendum qualis quó ue in loco uigeat conſuetudo, & illa ſeruabitur, qua ceſſante ſeruabitur ius commune.

Secun-

SECVNDO Limita non procedere hanc conclusionem in pedaneo iudice, pedaneus enim iudex non poterit mulctare eum qui ſibi non obtemperauerit, de hoc eſt text. in .l.iij §. ſi quis ad pedaneũ.ff. ne quis eum qui in ius uoc. eſt ui exim. & ibi Iaſ. Multi tamen hunc text. aliter intelligunt ut hic per Cagnol. colum. xiij. num.liij. tamen re uera hic pedaneus iudex non poteſt mulctare & hoc probat ille text. & dixi ſupra ſuper ſenſu Azonis, ratio eſt quia non habet imperium, ſed humiliora tantum diſceptat.l.fi.C. de pedan. iudic. & ſic non poteſt iubere nec compellere.d §. eum qui. 111

TERTIO Limita non procedere in defenſoribus ciuitatum, hi enim non poſſunt mulctare nec leuiter nec immoderate, nullas enim omnino mulctas poſſunt infligere, ut probat expreſſe text. in.l. defenſores nihil. C. de defenſo. ciuit. de quo textu ſupra facta eſt longa mentio, ſuper intellectu Azonis, licet Alexan. hic colum. ij. in fin. conetur cauillari illum text. & Cagnol. num. 51. colum. xiij. & alij communiter, tamen uerus eſt ſenſus quod nullas mulctas ſiue ſint magne ſiue leues imponere poſſunt, Obſtat tamen, quia text. noſter excipit tantum duumuiros ab hac regula, uidetur ergo quod exceptio de duumuiris facta confirmet regulam in cæteris omnibus magiſtratibus.l. nam quod liquide §.fin. ff.de pen. leg.l. queſitum §. deniq; in fin. & ibi not. Bart. ff. de fund. inſtruct. not. glo. & Bart.in §. ut autem in Authen. de non alien. Dec. in.l.1.num.xxvij.ff.de reg.iur. 112

RESPONDE Quod hæc concluſio non procedit quando reperitur alius caſus alibi exceptus à regula, nam etiam ille intelligitur excluſus à regula, & ſic quo ad illum conſimilem caſum alibi exceptum, exceptio non firmat regulam text. eſt not. in cle. exiui §. deinde & ibi Card. not. de uerb. ſigni. not. glo. in. l. ob es. C. de predi. mino. & per Dec. in. l. 1. col. pen. nu. xliiij. ff. de reg. iur.

IN Propoſito autem cum habeamus tex. expreſſum in. d. l. defenſores nihil. C. de defenſor. ciuit. non obſtante hac regula, dicendum eſt quod defenſores non poſſunt mulctare.

RATIO Eſt quia nemini competit poteſtas mulctandi niſi magnis magiſtratibus, & his quibus ſpecialiter & nominatim conceſſa eſt hæc poteſtas l. ij §. fin. ff. de iudic. ut etiam ſupra latius explicui.

113 QVARTO Limita non procedere in doctore nec in alio habente iuriſdictionem propriam & à lege datã prout habet Doctor. Authen. habita C. ne fil. pro patre & in prohem. ff §. pen. hi enim mulctare non poſſunt, quia non ſunt magiſtratus, hoc dicit expreſſe text. in. l. aliud §. fin. in uerb. magiſtratus enim ſolos. ff. de uerb. ſigni. immo non ſufficit quod ſint magiſtratus, ſed oportet quod ſint magni, uel quod ſpecialiter & nominatim data fuerit poteſtas mulctandi. d. l. ij §. fin. ff. de iudic. pro ut ſupra latius explicui,

114 ET Hic aduerte quia in hac materia non ualet argumentum, talis habet ordinariam iuriſdictionem uel equiperatur ordinario, ergo habet ius mulctandi

ut

ut dixi ſupra in ſecundo not. nec etiam ualet argumentũ, talis habet poteſtatẽ puniendi, ergo ẽt ius habet mulctandi.l. aliud §. fin. ff. de uerb. ſigni. ut ſupra late deduxi. nec ualet argumentum de maiori ad minus in hac materia, ut ſupra dixi. in tertio not.

QVINTO *Limita non procedere in delegato, hoc tenent communiter* Doct. *hic, quod delegatus non poteſt mulctare, ita tenet hic* Bart. *col. ij. circa fin. uerſ. quero quid de iudice delegato, per tex. in. l. ij §. fin. ff. de iudic. & ibi* Doct. Idem *probat glo. &* Bart. *in. l. ſi qua pena. ff. de uerb. ſigni. & ibi* Alciat. *not. &* Soz. *hic colum. fin. nu. xix. &* Imol. *in c. de cauſis in fin. de off. delega. et* Dec. *hic, qui atteſtatur communem &* Iaſ. *colum. ix. in princ. uerſ. extra glo. &* Alex. *col. pen. num. xiij. uerſ. extra glo. & cagnol. colum. xiiij. num. lvi. uerſ. extra glo. & atteſtatur communem, idem tenet* Fel. *in. c. de cauſis colum. pen. uerſ. utrum delegatus num. ix. de off. delega.* Ang. *conſ. viij. & hanc opinionem dicit eſſe communem* Dec. *in. d. c. de cauſis colum. antepen. nu. xiij. uerſ. ſucceſſiue.* 115

RESTRINGITVR *Vt procedat de iure ciuili ſecundum* Dec. *in. d. c. de cauſis num. xiij. ſecus de iure canonico, quo iure delegatus inferioris poteſt leues mulctas imponere, ut tradit abb. in d. c. de cauſis col. iij. in fin. num. xij. & xiij. de off. deleg. quam opinionem etiam tenuit* Innoc. *ut ibi dicit abb.* Idem *probat* Dec. *ibid. num. xiiij.* 116

Contrarium *tenet* Imol. *etiam de iure canonico*

ibid. & hoſti. in. c. pro humani de homicid. li. vi. & ibi domin. in §. 1. colum. ſecunda & Fel. in. d. c. de cauſis colum. pen. num. ix. uerſ. utrum de off. delega. & Ang. in conſ. viij. Quod mihi placet, maxime quia de iure canonico non eſt expreſſum, Ideo ſequemur ius ciuile. c. 1. de op. no. nunc. & licet in aliquibus circa iuriſdictionem delegatam, ius ciuile à canonico diſcrepet, ut ibi ait Dec. tamen ſatis eſt quod quo ad poteſtatem mulctandi nil reperitur mutatum, niſi in delegato principis, & erit caſus ſpecialis, quinimmo eo iure reperitur iuriſdictio ordinaria ſine poteſtate cohercendi. c. cum contingat de foro compet. & contra Dec. tenet hic cagnol. num. lviij. allegat. Portugal. idem tenentem in. l. imperium. ff. de iuriſdic. omn. iud. colum. lxxvi.

117 RESTRINGITVR Secundo ut non procedat in delegato principis ſecundum Alex. hic col. pen. num. xiiij. quia ſecundum eum in cauſa delegata cenſetur maior ordinario. c. paſtoralis. §. 1. de offi. ordin. Melius dic quod de hoc eſt caſus in. c. paſtoralis in fin. & in. c. ſane et ſecundo de off. deleg. & utrobique tenent Cano. Idem tenet hic Soz. col. fin. num. xxiiij. Iaſ. hic colum. ix. in princ. uerſ. extra glo. abb. in. c. de cauſis colum. iij. in. fin. num. xij. & xiij. ubi ait hanc eſſe communem Fel. ibid. hoc probat colum. pen. num. ix. & atteſtatur communem, Idem probat ibid. Dec. num. xiij. ubi atteſtatur communem.

118 HOC Sine dubio procedit de iure canonico, ſed de iure ciuili ſecus eſt, quo iure omnes omnino excludun-

cluduntur preter magiſtratus magnos, alias oportet quod ſpecialiter & nominatim ſit conceſſa huiuſ modi poteſtas, alioqui non competit. l.ij §.fin. ff.de iudic.l.aliud in uerb.magiſtratus ſolos.ff. uerb.ſig. nec attendenda ſunt illa fallacia argumenta, quod ſit maior ordinario, nec alie ſimiles nuge, quia huiuſmodi argumenta non ualent in iuriſdictione, ut per alex. in.l.iubere colum.iij.ff.de iuriſd.om.iud.Soz. in.l.1.num.xvij.ff.quis & a quo Dec. in.l.non debet cui, num.v.ff.de reg.iur. & ego late dixi in.l. 1. in prefation. nu. xxij. xxiiij. & . xxvi .ff. de off.eius cui mand.eſt iuriſd.

DENIQVE *Habemus claram deciſionem & expreſſam quod nemini competit hæc poteſtas, niſi nominatim & expreſſe & in ſpecie data fuerit.d. l.ij §.fin. ff.de iudic. & pro ut late ſupra explicui in tertio not. ideo fruſtra confugimus ad coniecturas & ad argumenta & ad nugas,* Dicant *alij quic quid uelint, nõquam admittam quod delegatus principis poßit mulctare, niſi quis mihi oſtenderit deciſionem expreſſam & ſpecialem hoc expreſſe & in ſpecie, non autē tacite, nec per coniecturas, nec in genere determinantem, maxime quia ſumus in prohibitis, & his quæ non competunt niſi ex ſpeciali conceßione, & ex hoc tex.noſtro excluduntur omnes exceptis magiſtratibus, ut hic ait tex. & probat text. in.l. aliud in uerſ. magiſtratus ſolos .ff. de uerb.ſigni. & in.d.l.ij §.fin.ff.de iudi. & text. in.l. ij.C. de ſportul. per locum à ſpeciali, & hoc etiam tenet expreſſe* Dec. *in d.l. ij §.fin.ff. de iu-* 119

 dic.

dic. licet non per has rationes, & licet Cagnol. impugnet hæc & male colum. xv. nu. lviij. uera enim eſt concluſio quod de iure ciuili delegatus etiam principis non mulctat, contraria procedunt de iure canonico.

120 NON Omitto mirum eſſe quàm ſibi non conſtent Doct. noſtri, adducunt enim pro hac concluſione rationem hanc, ſcilicet, quia delegatus eſt maior ordinario, quamobrem ſecundum eos mulctare poteſt, deinde priſtine rationis immemores dicunt q̃ nõ imponet tantã quantã ordinarius, ita tenent communiter Doct. in locis allegatis, tamen ſi uera eſt eorum ratio, delegatus non ſolum tantam quantam ordinarius, ſed & maiorem mulctam imponere poterit cum ſit maior, & ſic etiam admiſſa eorum ratione alterutra ex his concluſionibus eſt falſa aut enim non eſt ſolida hæc ratio, aut fateri oportet delegatum poſſe maiores mulctas infligere, quod animaduertens abb. in. d. c. de cauſis dixit quod equales mulctas infligere poteſt, idque etiam probat Dec. ibid. num. xiij. uerſ. & iſta, Mihi uerius uidetur hanc rationem non ſubſiſtere, Primum quia non eſt generalis hæc regula, nec ſimpliciter uera, & per Doct. in rub. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Item quia dato q̃ eſſet uera, tamen ut ſæpe dixi, in hac materia non ualet argumentum de maiori ad minus Soz. in. l. I. colum. viij. num. xvij. ff. quis & a quo appell. Dec. in. l. non debet cui num. v. ff. de reg. iur. Ideo concludo quod delegatus principis de iure ciuili non poteſt mulctare per ſupra dicta,

cta, Allegata in contrariū procedunt de iure Canonico ut per Doct.in.d.l.ij §. fin.ff. de iudic.licet Cagnol,eum hic redarguat, & male.

RESTRINGITVR *Tertio non procedere in delegato ad uniuerſitatem cauſarum ut hic ait* Alex. *in tertia colum.num. xiiij. in prima limit. ſequitur* Cagnol.*hic num.lviij.Idem tenet* Fel.*in.d. c. de cauſis colum.penult.num.ix. uerſ.ſecundo extra de off. delega.allegant omnes text. in.l. ij. C.de ſportul. ubi glo.hoc dicit in uerb.ſupponere, Sed aduertendum eſt quod in illo text. eſt caſus ſpecialis, ideo potius probat contrarium per argumentum à ſpeciali.l. quod uero contra & . l.ius ſingulare.ff. de legib.l. 1 §. 1.ff. ad municipal. glo. in.c.preſenti. §. loca.in uerb.ſpecialiter de preben.lib.vi. glo.in.l. eos.C. de fabricen. lib. xi.* Doct. *in. l.ſi tutor.C.in quib.cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſſ. Videtur tamen quod hæc concluſio probetur per text. à nemine allegatum in.l.ij.ff.quis & à quo appell.ubi preſupponit text.quod legatus poteſt mulctare, & ait quod de eius iniquitate per uiam appellationis cognoſcet proconſul.uidetur ergo ibi text. expreſſus pro hac opinione, quod delegatus ad uniuerſitatem cauſarum mulctare poteſt, quod cum in legato obtineat habebit etiam locum in alijs ſimilibus per tex. ad hoc notabilem in.l.1 §. damus uerſ. ergo & ſi.ff. de ſuſpect. tutor.* 121

PVTO *Aduertendum quod hæc poteſtas legato non competit ex delegatione, alioqui non ipſe proconſul, ſed alius ſuperior cognoſceret de iniqui* 122

G 4 tate

tate mulcte legati, hoc enim regulare eſt quod ab eo cui mandata eſt iuriſdictio non appellatur ad delegantē, ſed ad eum qui appellaretur à delegante, ut eſt caſus in. l. 1. in fin. ſecundum uerum intellectum. ff. quis & a quo appell. Cum igitur proconſul. in. d. l. ij. cognoſcat de iniquitate mulcte legati, conſequens eſt quod illa poteſtas mulctandi legato non competit ex mandato iuriſdictionis, ſed debemus fateri quod conpetit illi ex ſpeciali permiſſione legis, ex quo hoc inſinuat tex. in. d. l. ij §. fin. ff. de iudic.

123 PVTO *Etiam aduertendum quod equiperatio facta in. d §. damus. d. l. 1. ff. de ſuſpect. tut. de eo cui pretor mandat iuriſdictionem ad legatum proconſulis, procedit in his qui generaliter competunt, loquitur enim ibi de iuriſdictione generali que ex lege. xij. tab. competebat, & illa dicitur competere iure magiſtratus ut ego late oſtendi in. l. 1. lib. ſecundo uerſ. iure magiſtratus num. iiij. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. ſed quo ad ſpecialia credo quod non equiparentur, oportet enim in conceſſione mulctandi quod exprimattur perſona, & quod detur expreſſe, & nominatim ut in. d. l. ij §. fin. ff. de iudic. Ideo non intelligitur data per argumenta nec per coniecturas, facit quod dixi de locumtenente prefecti pretorio in. l. 1. lib. ſecuudo uerſ. mandata iuriſdictione. ff. de off. eius cui mand. eſt. iuriſd. num. xvi. ubi dixi quod licet locumtenens habeat ea quæ habet prefectus, tamen hoc non procedit in ſpecialibus ſeu priuilegijs, & ideo licet à ſententia prefecti non poſſit appellari ex priuile=*

gio

gio.l. unic.§. his cunabulis.ff.de off. prefect. preto. tamen poterit appellari ab eo qui uice prefecti agit l. à proconſulibus.C.de appellat.

EX His puto defendi poſſe quod ſolus lega= 124
tus habet hanc poteſtatem mulctandi, quia reperitur ſpecialiter expreſſum, quod poßit mulctare, ut d.l.ij.ff. qui & a quib. appell. non lic.

ALII Autem quibus iuriſdictio generaliter ſeu uniuerſaliter eſt mandata non habebunt hoc priuilegium argum.d.l.à proconſulibus. C. de appellat. quia huiuſmodi priuilegium nemini competit niſi eis quibus ſpecialiter & nominatim & expreſſe & in ſpecie, permiſſum eſt & conceſſum, ſeu indultum d.l.ij.§.fin.ff. de iudic.

TAMEN Doct. tenent communiter con= 125
trarium ut ſupra uiſum eſt, Ideo cogita, Volo tamen unum te non ignorare ne forte decipiaris, quod iudices maleficiorum & uicarij, qui hoc tempore aſſident pretoribus in ciuitatibus ſtatus Mediolani, non ſunt delegati ad uniuerſitatem cauſarum, ſed ſunt magiſtratus ordinarij, quia habent iuriſdictionem non ab ipſo pretore, ſed à lege municipali per principem confirmata, & ſic habent iuriſdictionem ordinariam argum .l. & quia.ff. de iuriſd.om.iud. iuncta .l. ij.§. oĩa .C. de uet.iur.enuc. Hoc dixi ut tollatur ſcrupulus a quibuſdam iniectus, qui putant quod huiuſmodi iudices ſint delegati ad uniuerſitatem cauſarum, & uidentes quod iſti quotidie mulctant contumaces, adduci non poſſunt quin credant hoc illis licere, ex iure communi, tanquam delega=

tis, & propterea deinde ad has inſanias rediguntur, ut exiſtiment iure ciuili probari omnino quod hi delegati poſſunt mulctare, ſed hi ſciant uelim, non id licere ex iure ciuili, ſed ex lege municipali uel conſuetudinario quod ſeruandum eſt. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. ff. l. de quibus. ff. de legib. & utrobiq; Bart. & Bald. & *alij.*

126 RESTRINGITVR *Quarto hæc principalis limitatio, quæ de delegato loquitur, ut non procedat in caſu, quo iuriſdictio alias eſſet inanis & eluſoria, & ſic quando iuriſdictio alias explicari non poteſt, ſecundum* Inno. *in. c. paſtoralis ad fin.*
5 *de off. deleg. per text. in. l. ij. ff. de iuriſdic. omn. iud.* Idem *tenet ſpecul. in titu. de iuriſ. omn. iud. §. ſpecies uerſ. idem eius officium, quos allegat et ſequitur* Alex. *hic colum. iij. circa fin. nu. xiiij. uerſ. quinto fallit* Idem *tenet* Ang. *hic & in conſ.* viij. Idem *probat* Fel. *in. d. c. de cauſis colum. pen. num. ix. uerſ. & primo de offic. delega.* Idem *probat hic* Soz. *colum. fin. num. xxv. & probant communiter* Doct. *cum temperamento tamen* ꝙ *non poßit magnas mulctas imponere. ſed leues tantũ, ut per* Imol. *in. c. 1. circa fin. de offic. deleg. quem ſequitur* Soz. *hic num. lxxv. circa fin. & allegat* Inno. *ita diſtinguentem in. c. dilectus, de feri. & ant. de but. in. d. c. de cauſ. & ibi idem tenet abb. num. xiij. colum. iiij. in princ.* Idem *tenet* Ancha. *in. c. ſi pro debilitate, colum. penult. in fin. eod. titu.* Idem *tenet* And. *ſicu. in d. c. de cauſis col. xij. in nu. lxxxvi. ubi tñ multa, in utranque partem allegat, ex his apparet quod iſta*

eſt

eſt communis opin. quod delegatus poteſt mulcta=
re leuiter tamen,

ITEM Cum temperamento quod non poßit mul/ 127
ctare niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando contu=
macia impedit proceſſum, uel damnificat aduerſa=
rium Fel.in .d.c.de cauſis colum. penul.nu.x.uerſ.
ſed intellige alleg. Bal. hic idem tenentem de quo ex
clamat Paul. Caſt.alleg.etiam Rot.Deciſ. cclxxix.
quam alleg.Domin.in.c.1.de elect.lib. vi. eſt & ter
tius caſus ſecundum eundem Fel. ibid. quando con=
tumax contemnit iudicem, eo enim caſu, mulctare po
terit per text. in.l.ſi pretor.ff.de iudic.

CONTRARIVM Quod immo delega= 128
tus nullo modo mulctare poßit tenent.Hoſt. & In=
no.in.d.c.1.de offi. deleg. & Salic.hic, qui mouetur
per tex.in auth.de exhib.reis.§.ſi uero, quos refert
hic Soz. colum.fin.circa fin. Ang.in.l.ij.C.de ſpor=
tul.§.fin.idem tenet de iure ciuili, niſi ſpecialiter ſit
permiſſum ut refert and. ſic in.d.c.de cauſ. colum,
penult. num. xc. ideo in reſcriptis apoſtolicis &
ceſareis ferè ſemper addijcitur clauſula cōtra dicto
res auctoritate noſtra compeſcendo uel aliqua alia
ſimilis clauſula, quæ mulcte dicende ius & poteſta=
tem affert, Idem tenet Ange.in.l.qui reſtituere.ff.
de rei uend. & in.l. iuſte.ff. de acquir. poſſ. ubi ait
quod mulctam fiſco applicandam non poteſt impone=
re, quia eſt de mero imperio, tamen ſubdit quod hoc
fallit quando alias non poteſt iuriſdictionem ſuam
explicare, ut refert and. ſic. in.d.c. de cauſ. colum.
xij. circa fin.num. xc. demum reſidet ipſe and. ſic.
ibid.

ibid. colum. xiij. nume. xciij. quod ſaltem de iure canonico poteſt delegatus mulctare, quando aliter non poteſt explicari iuriſdictio quæ opinio eſt communis, ut dixi.

129 TAMEN Ego probo ſimpliciter opinionem Hoſt. & Inno. in.d.c.1. & Ang. in.d.l.ij. & Deci. in.l.ij. §. fin. ff. de iudic. quod de iure ciuili iudex delegatus nullo in caſu poßit mulctare, iura ſunt clara in hac.l. noſtra, & in.d.l.ij.§. fin. ff. de iudic. & in.l.aliud. §.fin.ff.de uerb. ſignifi.de quibus ſupra ad ſacietatem ſum locutus, ideo non repeto, Et hoc dico etiam ſi iuriſdictio aliter explicari non poteſt, & ſatis ſuperque reſponſum eſt, ad.d.l.ij.ff. de iuriſdic.omn.iudic.& ad.d.l.ij.C.de ſportul. quæ potius facit pro opinione mea per locum à ſpeciali, Poteſt tamen alijs remedijs uti, puta audientiam denegando & in expenſis condemnando ut ait text. in.l.ſancimus.C. de iudic. idem tenet Ange. in.d.l. qui reſtituere. ff. de Rei uend. & in d.l. iuſte.ff.de acquir.poſſ. & Ant. de but. in.c.ſignificaſti de off. deleg. & in.c. de cetero de re. iudi. ut refert & probat And. ſic. in. d.c. de cauſis colum.xij.in fin. nume.xc. Amplius addit quod poterit mittere aduerſarium in poſſeßionem ex primo decreto per text.in auth.de exhiben. re.§.ſi uero ubi glo. expreſſe dicit, quæ opinio licet ſit communis, tamen mihi non uidetur uera, nec probatur ex illo text. de ea tamen nunc non diſputo, ſed in alium locum reſeruo.

130 RESTRINGITVR Quinto prędicta limi-

limitatio, quod delegatus non poteſt mulctare, ut non procedat in caſu de quo in.l. ij. C. de ſportul. quæ reſtrictio eſt uera & eam ſequitur Alex. *hic colum.iij. circa fin. uerſ.tertio fallit, & ante eum* Bald. *hic &* Ange. & Soz. *hic colum. fin.nu.xxij. &* Fel. *in.d.c.de cauſis colum.penult.num.x.uerſ. quarto fallit &* Iaſ. *hic colum.ix. &* Cagnol. *nume. lviij. uerſ. predicta concluſio, poterit igitur iſte delegatus mulctare nuncios, & executores ſuos in officio delinquentes ſecundum modum taxatum in.d.l.ij.*C. *de ſportul. & in hoc nemo contradicit, & ex illo caſu ſpeciali mihi uidetur quod arguitur regula in contrarium in ceteris caſibus.*

RESTRINGITVR *Sexto hæc limitatio quod delegatus non poteſt mulctare, ut non procedat quando expreſſe delegatur, & ſic quando fit ſpecialis delegatio mulcte, competit delegato, alias ſecus, ita reſtringit hanc concluſionem hoc in loco* Alexan. *colum.iij. circa fin. uerſ. quarto, &* Soz. *hic num. xxi. colum.fin. &* Iaſ. *colum. ix.in princ. &* Cagnol. *nu. lviij. &* Fel. *in.d.c. de cauſ. nume.x. uerſ. tertio fallit &* Cagnol. *hic nu.lviij. ubi etiam idem eſſe ait ſi delegans committit uices ſuas, & quod delegatus poſſit mulctare, quando hoc ius ſibi eſt ſpecialiter delegatum, ita ſe habet cõmunis opi.* Doct. *per text. in.l.ij.§.fin.ff. de iudic. quem text.intelligunt* Doct. *quod loquatur de delegante, maxime quia ſecundum cõmunem opinionem* Doct. *mulcta eſt in maiori gradu imperij meri.* 131

QVE *Coucluſio eſt falſa, ego non diſputo* 132 *nunc*

nunc in quo gradu imperij ſit collocata mulcta, quia illi gradus & ille diſtinctiones imperij non probantur ut ſæpe dixi, Item *non probatur in iure in quo gradu imperij ſit collocata mulcta : & ad probandũ illam cõmunem concluſionem aſtruuntur multe alie concluſiones falſe, & ex illis falſis probatur hæc alia falſior,* Dic *igitur q iure non probantur imperij gradus illi à* Bart. *excogitati, nec in quo gradu ſit collocata mulcta,* Sed *quicquid ſit, non inſiſto in his imaginarijs fundamentis, ſed dico quod mulcta eſt de genere prohibitorum, nec competit niſi ſpecialiter tribuatur. non dico à magiſtratu, ſed à lege, uel conſtitutione, uel ſenatus conſulto, ita procedit text. in.d. l. ij. §. fin. ff. de iudic. quod etiam expreßius probat text. in. l. aliud. §. fin. ibi mandatis principum permiſſum eſt. ff. de de uerbo. ſigni. & ita loquitur text. noſter in uerb. conceſſum, nam ſine dubio loquitur de conceßione legis, non autem de conceßione magiſtratus quia iſtud uerbum permittere concedere & ſimilia ſunt uerba pertinentia ad legẽ.l. legis uirtus.ff.de legib.* Denique *cũ mulcta ſit de his quæ ſpecialiter tribuũtur ut ſæpe dixi, conſequens eſt quod mandari non poteſt nec in genere nec in ſpecie, per text.in.l.1. & ibi ego dixi in uerb. ſpecialiter & in uerb. iure magiſtratus .ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdic.* Ideo *concludo quod mulcta mandari non poteſt à magiſtratu, & ſic delegatus etiam cui ſpecialiter mandata eſt iuriſdictio non poterit mulctare.d.l.1. quicquid dicant* Doct. Et *hanc opinionem meam probat*

tex.

tex.in.l.ij.§.fin.ff.de iudic. inducendo ut ſupra dixi, probat etiam alia ratione & eſt aduertendum quod tex. ille ſemper loquitur de conceßione legis, nonquàm loquitur de conceßione magiſtratus, ait enim quod his data eſt mulcte dicende poteſtas quibus publicũ eſt iudiciũ, nemo põt negare quin ibi intelligatur de conceßione legislatoris, ait ergo quod hi quibus publicum eſt iudicium mulcte dicende poteſtas data eſt à lege, poſtea ſubdit, & non alijs ſcilicet data eſt à lege, niſi hoc ſpecialiter eſt permiſſum, ſcilicet à lege, ſemper enim loquitur de conceßione legis, alioqui cum in priori parte agat de conceſſione legis, & dicat quod his qui non ſunt magiſtratus data non eſt à lege, non recte, poſtea excipit eos quibus datur a magiſtratu per delegationem non enim eſſet congrua exceptio prout eſſe debet, ut per Bar. & Dec, & Cagnol. in. l. 1. ff. de reg. iur. & Bart. in. l. in his. ff. de legib.

NON Omitto etiam quod text. in. d. l. ij. in fi. 133
ff. de iudic. utitur uerbo preteriti temporis, ait enim permiſſum eſt, non ait permittetur, ideo non loquitur de delegationibus quæ in futurum fient, ſed loquitur de permißonibus iam factis, & que ſunt incluſe in corpore iuris, loquitur ergo de permißione facta à lege non autem de delegatione facienda per magiſtratum.

ACCEDAT Quod uerbum permiſſum non 134
conuenit magiſtratui deleganti, mandat enim iuſdictionem non permittit magiſtratus, ut paßim uidemus ſic appellari a iuriſconſultis. l. 1. ff. de off. eius

cui

cui mand. eſt inriſd. & .l. ij. & . iij. & . iiij. & v. eod. titu. nunquam memini me legere, quod permittatur iuriſdictio quando mandatur à magiſtratu, ſed eſt uerbum pertinens ad legislatorem ut dixi, per tex. in. l. legis uirtus. ff. de legib.

135 NON Omitto etiã quod ſi mulcte poteſtas eſt conſtituta ſub gradu mediocri ſimplicis iuriſdictionis, aut etiam ſub minimo illo imperio, quod Doct. paßim delegabile eſſe teſtantur in. l. imperium. ff. de iuriſdic. omn. iud. iam nulla ratio reddi poteſt, cur nõ tranſeat hæc poteſtas generali iuriſdictione man data, cum eo caſu, totum officium iuriſdicendi tranſeat ut ait tex. in. l. 1. §. damus. ff. de ſuſpect. tutor. Ex his uidemus quod text. in. d. l. ij. §. fin. ff. de iudic. non poteſt intelligi, quod loquatur de mandato, ſeu delegatione mulcte, ſed loquitur de permißione legislatoris, & quod mulcte poteſtas non poteſt delegari à magiſtratibus, & mandata non tranſit, etiam ſi ſpecialiter & nominatim delegetur, ut dixi, quicquid dicant Doct. qui communiter tenent contrarium.

136 RESTRINGITVR Septimo non pro cedere in caſu quo delegans committeret uices ſuas alteri, nam is cui uices ſunt commiſſe, poterit mulctas infligere, Ita ſcribit Inno. in. c. ſuper queſtionum in glo. uices ſuas de off. deleg. & hoc uidetur probari in. l. ij. §. fin. ff. de iudic. ſecundum Cagnol. hic num. lviij. & ibi. not. Dec.

OBSTANT Huic reſtrictioni ea quæ dixi in proxima reſtrictione, & puto per rationes

ibi

ibi adductas quod hec reſtrictio non poßit ſuſtineri, niſi in caſibus in quibus poteſt conſtitui locumtenens de qua dixi in, l.1.in uerſ.mandata iuriſdictione nu. xiiij.& .xv. ff.de off.eius cui.

OBSTAT *Etiam text. in.c. ſane ſecundo de off.delega.ubi ait tex.quod delegatus gerit uices delegantis, ideo uidetur quod nihil interſit, licet in delegatione exprimatur illud quod tacite ineſt, & expreſſum uidetur quod nihil operetur.quod etiam hic ſentit Cagnol. num.lvix. in fin. deinde ſubdit quod ſolutio eſt facilis, uult dicere quod uoluntas expreſſa in multis potentior eſt quàm tacita.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit. l.pen.ff.de iniuſt. rup. teſt. multa cumulat Tiraquel. in tract. de legib. connubi. fo.clxiiij. num.xlvlij. cum mult.ſeq.* 137

Tu tamen tene quod reſtrictio non poßit ſuſtineri per ea quæ dixi in precedenti reſtrictione.

SEXTO *Limita non procedere diſpoſitionem legis noſtre in arbitro ,ita concludunt hic communiter Doct. & hanc cõmunem eſſe atteſtatur hoc in loco Cagnol. num. lix.* 138

RESTRINGITVR *Hæc limitatio ut non procedat, quando ſpecialiter data eſt à partibus huiuſmodi poteſtas per tex.in.l.non in omnibus cum glo.ff.de arbit.& in.l. quid tamen eod. tit.& Alb. probat hic & Iaſ. colum.v.&. vi. & Alexan. in addit. ad Bart. in.d.l.non in omnibus.*

OBSTAT *Quod iuriſdictio non poteſt conferri ex priuatorum conſenſu. l. priuatorum.C. de iuriſdic. omn. iudic.*

H Mul=

MVLCTE Autem poteſtas dependet a iuriſdictione ut probat hic text. in. l. ij. §. fin. ff. de iud. & in. l. aliud. §. fin. ff. de uerbo. ſigni. ideo uidetur quod non poßit hec poteſtas dari à partibus.

OBSTAT Etiam text. in. l. arbiter intra. ff. de arbit. ubi eſt caſus in quo arbiter intra certum diem ſeruos reſtitui iußit. Quibus non reſtitutis pene cauſa fiſco ſecundum formam compromißi condemnauit, ſubdit text. quod ob eam cauſam fiſco nihil acquiritur, uidetur ergo ibi caſus in quo etiam conuentione partum fiſco per arbitrum pena non poteſt inferri.

139 OBSTAT Etiam tex. in. l. ſi qua pena. ff. de uerb. ſigni. ubi ait quod mulcta non ualet niſi is inflixerit cui id licet. ſcire autem oportet quod licere pertinet ad legis authoritatem, & illud licece dicimus quod à lege permittitur, capitur enim proprie, licet, pro eo quod eſt, ius eſt, fas eſt, permiſſum, eſt ut inquit Calep. in uerb. licet & Mari. Nizoll. in obſeru. in cice. in uerb. licet. quæ uerba pertinent ad legem. l. 1. ibi licitum ab illicito diſcernentes. ff. de iuſt. & iur. & cum dicimus aliquid licere preſupponimus quod hoc ex permißione licet, quaſi niſi fuiſſet permiſſum, non fuiſſet licitum, & propterea licitum ab honeſto diſtinguitur, in. l. non omne. ff. de reg. iur. & in. l. ſemper in contract. eod. tit. Ex his infertur quod quando text. in d. l. ſi qua pena, ait quod mulcta ita demum ualet ſi fuerit inflicta ab eo cui dicere licet, pretendit quod a lege proficiſci debet permißio, & hoc licitum, &

ſic

ſic non ſufficit quod priuate perſone dent poteſtatem arbitro mulctandi, quia non pertinet ad priuatos facere, quod aliquid liceat alicui, hec tamen eſt nimis ſubtilis inductio, nec facile admittetur.

TAMEN H*æc concluſio quod arbiter non poßit mulctare etiam ſi partes conſenſerint, probatur ex his quæ ego dixi ſupra in delegato, quia re uera hæc poteſtas mulctandi dependet à lege, non autem à priuatis,* Ideo *arbiter mulctare non poterit, facit tex. in, l. non eſt ſingulis. ff. de regu. iur.*

AD A*dducta in contrarium poteſt reſponderi, uidelicet ad text. in. l. non ex omnibus & . l. quid tamen in fin. ff. de arbit. quod ibi agitur de pena parti applicanda, eam enim arbiter poteſt infligere, ſi de hoc ſit compromiſſum. d. l. non ex omnibus. §. ſi quidem & . d. l. quid tamen in fin. per argu. à contrario* Mul*cta etiam fiſco applicatur. l. v.* C. *de mod. mulct. glo. in. l. ij. §. 1. in uerb. mulcta. ff. ſi quis in ius uoc. & ideo per arbitrum non infligitur, etiam ſi ita fuerit compromiſſum. d. l. arbiter intra certum ff. de arbit.* 140

AD T*ext. in. l. 1. ff. eod. titu. ubi dicitur quod arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum,* R*eſpondetur quod id uerum eſt quo ad modnm procedendi, ſecus eſt quo ad iuriſdictionem ea enim dari non poteſt ex conſenſu priuatorum. d. l. priuatorum.* C*, de iur. om. iud. ut hic ait* C*agnol. num. lxi.*

SVSTINETVR T*amen communis concluſio uno caſu, ſcilicet quando notario ſtipulante, data fuit poteſtas arbitro penam fiſco applicandi,* 141

H 2 *tunc*

tunc enim acquiritur ius fiſco per notarium & ualebit condemnatio arbitri erga fiſcum, non quaſi mulcta, ſed quaſi pena conuentionalis ut hic ait cagnol. argu. l. ij. C. communia utriuſque iudic. & ibi glo. fin. quæ ait id quod non tenuit, conſenſu & pacto partiū confirmari, Melior eſt ratio illa de notario qui alteri ſtipulari poteſt & ſic etiam fiſco ut not. gloſ. communiter approbata in. §. ſi quis alij in uerb. iure. inſt. de inutil. ſtipu. Dec. in . l. quo tutella. §. fin. num. ij. ff. de regu. iur. Doct. & precipue Ias. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. obliga. alioqui non prodeſſet conuentio partium. d. l. ſtipulatio. iſta §. alteri, & . d. §. ſi quis alij

142 SVSTINETVR Etiam concluſio iſta quod arbiter poßit mulctam dicere, ut procedat in eo qui uigore ſtatuti electus fuerit arbiter, is enim cenſetur habere iuriſdictionem ordinariam ut inquit Inno. in. c. ab eccleſiarum de off. ordin. expreſſe Iaſ. in . l. fin. colum. penult. uerſ. tu tamen aduerte. C. de iudic. & probat Cagnol. hic num. lxij. Idem tenet barb. in. d. c. ſuſpitionis colum. viij. num. xij. & nume. xv. de off. deleg. ratio eſt quia lex dat ordinariam iuriſdictionem. l. & quia & ibi glo. ff. de iuriſdic. omn. iud. quam opinionem etiam tenet Anto. in. d. c. ſuſpitionis ut ibi ait barb. num. xij. Ideo poterit mnlctam infligere uti ordinarius & ſic tantā quantā poteſt ordinarius ita concludit hic Cagnol. num. lxiij.

143 ADVERTE Non uidetur tutum quod arbitri ſtatutarij habeant iuriſdictionem ordinariam

contrarium enim tenet abb.in.c.ſuſpitionis num.ix. de off. deleg. licet Cagnol. *hunc male pro ſe alleget, qui etiam eodem errore labitur dum allegat* Dec. *in c. cum ſpeciali in ſecundo not. de appell. nam ibi hoc non dicit , ad propoſitum ergo tenet abb.in.d.c. ſuſpitionis quod arbitri iſti ſint magis delegati,* Idem *ante eum tenuit* Hoſtien.*in.d.c.ſuſpitionis,* Idem *tenet ſpecul.in tit.de recuſat.* §. *fin.in uerſ. ſed nunquid arbitri,* Idem *abb. in.c.fin. colum. penul. uerſ. quod ſi arbitri de re iudic. &* Card.*in.d.c. ſuſpitionis &* Bart. *in.l.fin.*C. *de iudic. & ibi* Bald. *&* Sa*lic.* Idem *tenet* Fel. *in.d.c.fin. num.ij. uerſ. ſententie arbitrorum & colum.fin.uerſ. aliquid difficultatis extra de re iudica. &* Bald. *in. c. cum uigeſimum de off. delega.* Idem *ſentit glo.in.d.c. ſuſpitionis , dum ait quod eſt quaſi ordinaria , quaſi dicat non eſt uere ordinaria , & quod habeant delegatam tenet* Imol.*in.d.l.ſuſpitionis,* Ex *quibus apparet , quod hec eſt magis opinio communis, quod non habeant iuriſdictionem ordinariam , de quo nunc non diſputo , quia non eſt preſentis ſpeculationis.* Dico *tamen quod ſi ſequimur communem concluſionem* Doct. *qui tenent quod arbitri ſtatutarij non habent iuriſdictionem ordinariam , ſed potius delegatã, iam ſublatum eſt fundamentum* Cagnolli *, & ſic corruit concluſio per eum facta, in qua tenet quod arbitri ſtatutarij mulctam infligere poſſunt, quia cum delegatus mulctare non poßit ut ſupra uiſum eſt,eadem ratiõe nec poterit arbiter ſtatutarius delegato equiperatus.*

144 AMPLIVS Dico ꝗ etiam ſi habeat iuriſdictionem ordinariam, quod uix negari poſſe uidetur per text. & glo. in. d. l. & quia. ff. de iuriſdic. omn. iud. tamen non poteſt mulctare, nam ſupra late concluſum eſt cum de duumuiris & de defenſoribus ciuitatum tractabamus, ꝗ non ſufficit habere propriam iuriſdictionem, ſed oportet quod is qui mulctandi ius pretendit, uel ſit de magnis magiſtratibus, imperandi poteſtatem habentibus, uel quod ſpecialiter & nominatim ius illud ſibi fuerit conceſſum, non in genere, nec per argumenta, nec per coniecturas, ideo amplius non inſiſto, ſed concludo quod arbiter ſtatutarius etiam ſi habeat iuriſdictionem propriam ſeu ordinariam, non habet ius mulctandi, quia non habet magiſtratum nec ſpecialem conceſſionem.

145 EADEM Ratione. Idem concludo etiam ſi arbiter iſte ſecundum Curtij ſententiam, ſit delegatus legis, & per hoc equiparetur delegato principis, quia ut ſepe dixi, in mulctis non ualet argumentum de maiori ad minus ut ſupra dixi in tertio not. in fin. multo minus de pari, Denique mulcte poteſtas nemini competit, niſi ei cui ſpecialiter ideſt nominatim & expreſſe data eſt à lege, ut ait tex. in. l. ij. in fin. ff. de iudic. & ego ſupra late tractaui, Ideo ſiue equiparetur delegato principis, ſiue etiam ſit maior non curo de huiuſmodi argumento, quod apud me in hac materia nihil omnino ualet, & ſic concludo quod arbiter ſtatutarius non poterit mulctare niſi ei detur ſpecialiter hæc poteſtas à lege municipa-

nicipali.

IDEM *De arbitratore dicendũ eſt, ut ſcili= cet non poßit mulctare, rationibus ſupradictis. quod probat hic* Cagnol. *num .lxiiij. ea ratione quia mi= nus iuris habet quam arbiter, iuxta ea quæ tradit* Bart.*in.l. ſi ſocietatem.* §. *arbitrorum .ff. pro ſoc. de hoc ego non curo ſiue plus iuris habeat ſiue mi= nus, hoc argumento ego non utor, nec illud admit= to in hac materia, ut ſæpe dixi, & optima ratione, nam ſemper argumentantur* Doct. *de una ſpecie ad aliam, puta poteſt de criminibus cognoſcere, ergo & de re pecuniaria, quod eſt minus,* Item *poteſt corpo rales penas infligere, ergo & pecuniarias mulctas, quo caſu etiam regulariter non admittitur huiuſmo di argumentum de maiori ad minus, ſed admittere= tur in eadem re, puta poteſt grauiter cohercere, er= go & leuiter,* Põt *magnas mulctas infligere ergo & leues, ſic admittitur & concludit hoc argumen= tum, alias ego nõ admitto in hac materia, ut per* ſoz. *in.l.1.col.viij.ff. quis & a quo,* Dec.*in.l. non de= bet cui nu.v.ff. de reg. iur.* 146

SEPTIMO *Limita ut non procedat princi= palis concluſio quando in ius uocatus ex iuſta cau= ſa et ex iuſto impedimento, obtẽperare non potuit, pu ta aduerſa ualitudine ſua uel ſuorum retentus, uel tempeſtate, uel ui fluminis impeditus .l. ij.* §. *ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caution. & ibi* Alex. & Doct. & *de eo qui laborat in extremis tradit* Bald. *in.l. fin. colum. fin. uerſ. quero an pater.*C. *de lib. pre= terit.* & *de eo qui propter paupertatem uenire non* 147

 potuit

potuit loquitur Alex.*in.d.§. ſi quis nu.iij. & not.* Bald.*in.d.l.ij.§.ſed ſi non propter.*

148 OCTAVO Limitatur *precedens concluſio principalis ut procedat dummodo contumacia ſit propria ipſius qui mulctatur, alioqui ex contumacia alterius non erit mulctandus, puta* Dominus *ex contumacia procuratoris non mulctabitur, ita probat tex.in.§.ſi procurator inf. hac eadem.l. & tex. in.l.neq; infantes in uerſ. ſed nec.ff. de fideicomm. libert. &* Alex.*in.l.iij.* C. *de procurat. &* Iaſ. *in d.§. ſi procurator, quod procedit ſiue agatur de magna mulcta ſiue de leui irroganda domino, nulla enim infligi poteſt ob contumaciam procuratoris ut tradit iaſ.in.d.§. ſi procurator in princ. & ibi* Cagnol. *num.1. &* Fel. *in. c. 1. colum. iij. num. iij. uerſ. item ſequeretur* Vt *lit.non conteſt.* Idem *eſt in tutore & curatore, nam puniuntur ipſi non autem pupillus.d.§.ſi procurator, de ratione diu multumque diſcrepatum eſt inter* Doct. *noſtros, ſuper quo uide* Iaſ.*in.d.§.ſi procurator & ibi* Cagnol. *&* Fel. *in.c.1.ut lit. non conteſt.*

149 OMISSIS Altercationibus, *meo iudicio ea eſt uera ratio quia ipſe procurator deliquit, dominus autem non deliquit, nihil enim domino fuit preceptum, nihil imperatum fuit, ſed procurator, qui non obtemperauit cum ſibi preceptum fuiſſet ipſe eſt contumax, ipſe deliquit. l. non poteſt dolo.ff. de regu.iur.l. iniuriarum. §. ſi quis.ff. de iniur.* Ideo *ipſe puniendus eſt, quia pena ſuos authores tenet. l. ſi heredis.§.1. ff. de legat. primo.l. ſancimus.* C.*de*

pen.

pen. mulcta enim pena eſt. l. aliud. §. inter. ff. de uerbo. ſigni. & l. ſi qua pena eod. titu. & pro dolo imponitur, & ſic pro delicto. d. l. non poteſt dolo. ff. de regu. iur. & eſt aduertendnm quod hic agitur de pena,

ITEM *Agitur de delicto quod ſine dolo non committitur,*

ITEM *Solum delictum ipſum & ſolus con=* 150
temptus iudicis punitur, de preiudicio cauſe, & de utilitate partis non tractatur, Ideo pena tantum authorem ſuum tenet & ſolus procurator punitur, qui deliquit, qui non obtemperauit, ſed ut dixi hoc cauſam ipſam non tangit, nec intereſſe aduerſarij, ſed maieſtas ſola pretoris defenditur, ſeu uindicatur, ſi uero agatur de preiudicio cauſe, & de utilitate aduerſarij, tunc latior eſt campus, ſed hæc perquiſitio non pertinet ad materiam noſtram, uidete ea quæ ſcribit Iaſ. in. d. §. ſi procurator & ibi Cagnol. & Fel. in. c. 1. ut lit. non conteſt. qui inculcant & confundunt materias inter ſe diuerſas.

INTELLIGE *Hanc concluſionem dummo* 151
do preceptum fuerit factum procuratori ut ipſe obtemperet, tunc ſi non obtemperauerit ipſe punitur, ita procedit text. in. d. §. ſi procurator, ſecus eſt ſi domino factum fuerit preceptum, ipſe enim debet obtemperare, & ipſe erit contumax ſi nõ obtemperet, uidetur tamen ꝙ mittens procuratorem excuſetur in caſu noſtro in quo agitur de mulcta infligenda, nam infligitur propter dolum, ut dixi per text. in. l. non poteſt dolo. ff. de reg. iur.

152 IDEO Excuſatiouem admittit ex ruſticitate & ex ſimilibus cauſis. l. ij. §.1. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. & quelibet cauſa excuſat à dolo etiam iniuſta. l. igitur. §. 1. ff. de lib. cauſ. not. glo. in l. ſi plagij. ij. C. ad. l. fau. de plag. & in. l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. de abig. glo. in. l. ſatis pene. ff. de in ius uocan. & in. l. 1. C. ubi cauſa ſtat. & in. l. non poteſt dolo. ff. de regu. iur. & in. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appellat. Aret. in tract. malef. in glo. falſario in princ. & ſic etiam a pena excuſatur ut not. lo. an. in. c. 1. de elect. lib. ij. & Cepol. in conſ. viij. num. viij. uerſ. quinta ratio Alex. in conſ. lvi. volu. 1. & conſ. lxx. eod. uolu.

Marſ. in conſ. vij. num. xxv. & . xxvi. uol. primo & in conſ. xi. num. x. & . xi. & in conſ. 51. num. xxviij. & . xxix. eod. uolu.

153 ET In terminis mulcte hoc tenet expreſſe glo. in §. fin. in uerb. iudicium in fin. inf. hac ead. l. quam pro ſingulari allegat Iaſ. in. l. ij. C. de carbon. edict. & Alex. in. d §. fin. num. xi. & hoc probat Cepol. in cautel. lvij. uerſ. tertio fallit, ubi ait quod in his in quibus requiritur dolus excuſatur qui conſtituit procuratorem, licet ille non comparuerit, quia non in dolo, ſed in culpa uerſatur is qui conſtituit procuratorem non obtemperaturum. l. eum qui rem in fi. ff. commod. l. cum plures. §. ſeruum. ff. locat. ut ait Cepol. in. d. cautel. lvij. & propterea excuſandus eſt à mulcta, quia non eſt in dolo ut dixi.

154 NEC Ego diſtinguo quem qualemue procuratorem conſtituerit, an diligentem, an pigrum, niſi

ex

*ex induſtria & ſciens non obtemperaturum talem
conſtituerit, ſufficit enim qnod crediderit eum ob=
temperaturum, licet etiam ſit credulitas ſimplex, &
ruſtica.* Ideo dixit Imo. *in.l.ſi inſulam.ff.*de *uerb.ob=
liga.quod credulitas beſtialis excuſat à dolo, & de
credulitate excuſante uide text. & glo.in.l.1.§.do=
lum.ff. de eo qui quem fact. erit, facit text. et glo.
in.l.ij.in §. hac actione in uerb. rapuerit & in.§. ſi
publicanus in uerb.amouerit.ff.ui bon.rapt.quia la=
ta culpa non equiperatur dolo in his in quibus lex
requirit dolum.d.l.ij §. in hac & § ſi publicanus.ff.
ui. bon.rapt.* Alciat.*in.l. magna negligentia nume.
ix.ff. de uerb. ſignifi. & in.l.ſæpe circa fin.in uerb.
conſilium eod.tit.facit text.in.l.in lege.ff.ad.l.cor=
nel. de ſicca.not.glo.in.l.ſed ſi quencunque in princ.
in uerb.iniuria.ff.ad.l.acquil. & hæc puto uera quo
ad euitandam mulctam, que infligitur ob contemptum
pretoris imperium, & ob uindictam iniurie magiſtra
tui illate, Quo uero ad preiudicium cauſe, propter
quam fuit uocatus, & quo ad utilitatem aduerſarij
quo inſtante fuit uocatus, hoc ego non dico proce=
dere, ſed tunc alia eſt indago, alia eſt materia, quam*
Ego *hic non examino,* Et *quod quelibet cauſa &* 155
iniuſta excuſet contumacem à mulcta tenet expreſſe
Alex.*in §. fin.num.xi.inf. hac ead.l. idem probant*
Bart. Ric*ard.* Sal*ic.* & Bart*ol. de* Sal*ic.* & Ang.
in.d §.fin. & glo.in.l.ſatis ſupra tit.primo & An=
ge. & R*aph. cuma.in.l.ex conſenſu.§.fin. ff.de ap=
pella. &* Bald.*in.l.deberi.*C.*de fideicommiſſ. libert.*
Soz. *ibi iuſtam cauſam deſiderat* Cagnol.*autẽ nume.*

xxi.

xxi. multa dicit tandem num. xxij. hoc iudicis arbitrio relinquendum putat, maxime quia ſecundum eum in iudicijs non habet locum illa regula quod iniuſta cauſa excuſet à dolo per text. in. l. iij. C. de calumniat. quæ lex non obſtat quo ad caſum noſtrum, & ego dico quod quando agitur de pena ob dolum infligenda, nunquam infligitur ſi dolus ceſſet, quicquid dicat Cagnol. bene fateor quod facilius preſumitur dolus in iudicijs, ſed ego loquor quando conſtat quod abfuit dolus, & credo quod difficilis erit probatio per text. in. l. non poteſt dolo. ff. de regul. iur. Cyn. tamen & Pet. de Ancha. ut refert Alex. in. d. §. fin. reprehendunt illam glo. ſed poteſt diſtingui ut ego ſupra feci. uide tamen Alex. in. d. §. fin. ubi multa effundit, & tandem diſtinguit inter ueram contumaciam & fictam, quod mihi non placet, & paulo infra dicam in decima limit.

156 NONO Limitatur principalis concluſio dum modo iudex ſciat citatum eſſe contumacem alias ſi ignoret & eum condemnet, puta ſi nondum facta fuerat relatio per nuncium, non ualebit proceſſus ita ſcribit Bald. in. l. multum colum. ij. uerſ. item dicit quod ſi iudex. ff. de condit. & demonſt. Bart. hic, & Cagnol. in §. ſeq. num. ix. uerſ. poſtremo. allegat tradita per Dec. in. c. quoniam col. xi. uerſ. tertio ſecundum abb. de probat.

157 DECIMO Limitatur generaliter ut non habeat locum concluſio principalis in contumace ficto, ſed habet locum tantũ in uero contumace, is enim ſolus poteſt mulctari ita tradunt communiter Doct.

inf.

inf. hac ead. l. in §. ſi procurator et precipue ibi Iaſ. & Cagnol. & Fel. in. c. 1. ut lit. non conteſt. & Alex. inf. hac ead. l. in §. fin. nume . xi. uerſ. tene tamen, per glo. quæ ibi hoc idem tenet quam glo. ma gis communiter ſequuntur Doct. ut ibi per Alexan. & hanc eſſe aiunt rationem quare procuratoris con tumacia non nocet domino quo ad hoc ut dominus mulctari poßit, Deciſio eſt communis & uera, ſed ratio licet cõmuniter approbetur, mihi uidetur non ſub eſſe in caſu noſtro, qñ tractatur de contemptu iudicis, non loquor de cauſa ſeu de lite ipſa quæ agi tatur, nec de utilitate & commodo, uel incommo= do aduerſarij, ſed loquor de contemptu iudicis, & de uindicta irroganda propter contemptum magi= ſtratus, & dico quod hoc caſu dominus ipſe qui non fuit uocatus, cuiq; omnino nihil iniunctum eſt à pre= tore, non poteſt dici contumax nec uere nec ficte, nec ullo modo poteſt dici contempſiſſe pretorẽ, Iu= ra autem allegata per Doct. ex quibus dominus ob contumaciam procuratoris damno afficitur, quaſi & ipſe contumax ſit, non loquuntur in his terminis ſed loquuntur de preiudicio cauſe, ac de commodo & utilitate aduerſarij, ſi bene inſpiciãtur, cogita ta men quia Doct. communiter non probant hanc ra= tionem, uide etiam quæ dixi, ſupra in. viij. limit.

VNDECIMO *Limita procedere* 158
concluſionem principalem quo ad perſonam ipſius contumacis, ſecus eſt quo ad perſonam heredis, ideo heres contumacis forte defuncti non mulctabitur l. 1, cum ibi not. C. ut ex delict. defunct. l. 1. & ibi

Bart.

Bart. ff. de priuat. delict. l. pupillum. §. in heredes ff. de regu. iur §. non omnes inſt. de perpet. & tempo. actio. morte enim extinguitur delictum & pena. l. defuncti. ff. de pub. iud. l. in ſenatus. §. ſi. ppter mortem. ff. ad Turpill. l. fin. C. ſi reus uel accuſa. mort. fuer.

Et in propoſito noſtro quo ad multã ut non infligatur heredi probat. Cagnol. inf. ead. l. §. fin. nume. V. per illum text. & nume. Vij. & ibi eſt text. qui hoc expreſſe dicit, & ibi glo. fin. & probat text. in. l. in honorarijs. ff. de actio. & obliga. quod tamen poteſt multipliciter limitari ut per Dec. in. d. §. heredes.

159 DVODECIMO Limita etiam ut procedat dummodo intra annum à die commiſſe contumacie mulctetur, eo lapſo non eſt locus pene, ita probat text. inf. ead. l. in §. fin. & ibi Barto. Alexan. iaſ. Soz. Cagnol. & omnes, generale eſt enim in edictis pretorijs penalibus ut poſt annum non dentur. l. in honorarijs, & ibi glo. ff. de actio. & obliga. inſt. de perpet. & tempo. act. in princ. facit tex. in. l. pe. inf. titu. prox. de in ius uocan. & in l. 1. ad fi. ff. de eo quod quem fact. erit.

160 DECIMOTERTIO Limita procedere dummodo iudex qui mulctat ſit competens, hoc probat text. in. l. ij. §. 1. ibi à competenti iudice pro iuriſdictione iudicis damnabitur. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. & in. l. fin. ff. de iuriſ. omn. iud.

HOC Eſt uerum in eo qui ipſo iure non habet iuriſdictionem talem, puta laicus in clericum, is enim

non

non mulctabit not. glo. xxviij. q. viij.in.c.conueni-entia in uerb. congrueret Dec. in .l. fin. num. xvi. in ſecundo not.ff.de iuriſdic. omn. iud.ratio eſt quia iudex caret penitus iuriſdictione & caret ipſo iure, Idem eſt ſi extra territorium ius diceret, nam illi non obtemperatur impune.d.l.fin.ff.de iuriſdic. om. iud. & ibi Bart. & ceteri Doct. Idem eſt ſi extra ſummã, in qua iuriſdictionẽ habet ius dicat, nam illi impune non paretur tradunt Doct. in.d.l.fi. & ibi Cagnol.in primo not.nu.xij. & nu.xliij.&.xliij.

IN Dubio tamen debet is qui uocatus eſt ire 171 ad allegandum priuilegium ſuum, l. ij. §. ſed & ſi dubitetur.ff.de iudic.& l.ſi quis ex aliena iuriſdi-ctione eod.tit.Dec.in d.l.fin. num. xvi. ibi Cagnol. num. xxxxiij. in tertio not.ff.de iur.om.iud.abba. & Doct.in.c.cum ordinem ubi late Fel.de Reſcript. abb. & omnes in.c.ſi duobus de appellat. aliter dici-tur contemnere auctoritatem pretoris .d. l. ſi quis ex aliena & .l.ij. in princ.ff.ſi quis in ius uoc. non ier.in hoc enim eſt iudex pretor qui in ius uocat. ut inquit abb. in.c. ſi ordinem in fin. de Reſcript. Ideo mulctari poteſt qui non obtemperat ut per abb. in loco alleg.& ſic ſi non ierit poterit mulctari ut tra-dit abb.in d.c.ſi duobus,& tradunt alij in locis alle-gatis.

HOC Procedit in dubio ut dixi,hoc eſt quan- 162 do dubium eſt iudici ipſi an uocatus habeat priuile-gium,ita tenent omnes Doct.in d.c.eum ordinem ita ſecundum eos procedit tex.in d.l.ij.in .§.ſed & ſi in uerb.dubitetur, tradit Fel.in d. c. cum ordinem col.

vi.num.

vi.num.viij.uerſ.conſidera ſecundo,abb.in c.ſi duobus col.iiij.in princ.uerſ. ſi uero iudex ignorabat,de appell. & tunc non ueniens mulctari poterit ut tradit abb. in d.c.ſi duobus num. xiiij. uerſ. ſi uero iudex ignorabat, & num.xvi.

Secus eſt quando iudici notorium eſt quod ipſe non habet hanc iuriſdictionem tunc uocatus non tenetur ire ad allegandum priuilegium, ita tenent Hoſtiens. Calde. But. Dom. & abb. in d.c. cum ordinem & alij multi quos enumerat Fel. ibid. col.vij. circa princ. in uerſ. quod non teneatur & abb. in d. c. ſi duobus col.iij. in fin. num. xiiij. de appellat. & col. pen.nu.xvi. & hæc opinio eſt cōis ut atteſtatur idē Fel. in d.c.cum ordinem col.viij.nu.x.uerſ. ad glo. Et hoc caſu non poteſt mulctari is qui in ius uocatus eſt, ut inquit abb. in locis allegatis, & tenent communiter Doct. & non ſufficit quod ſit notorium partibus, ſed oportet quod ſit notorium iudici ut ait Dec.in d.c.ſi duobus col.ij.in fin.num.viij.

16 ITA Diſtinguit abb.in d.c.ſi duobus, nec facit differentiam an iudex penitus careat iuriſdictione an uero iuriſdictio elidi & excludi poſſit per priuilegij allegationem, ſeu exceptionem, Dec. tamen hos caſus putat multum differre in.d.c.ſi duobus in.iij. & .iiij.not. primo caſu quando iudex penitus caret iuriſdictione ipſo iure ſequitur communem ſententiam, ſecundo caſu ſcilicet quando iuriſdictio competit que elidi poteſt per exceptionem ſeu allegationem priuilegij, tunc putat quod uocatus debeat ire ad pretorem allegaturus priuilegium, alioqui

poterit

poterit mulctari, quaſi contemnens auctoritatem pretoris, quia antequam ſit obiecta exceptio non eſt excluſa iuriſdictio, ut ait Dec. *in d.c. ſi duobus nume. xiiij.*

E G O *Amplius dico quod etiam ea obiecta* 164
non eſt ſtatim excluſa iuriſdictio, per regulam generalem, quod quando alicui mero iure ius competit, licet elidi poßit per exceptionem, actus ualet, niſi opponatur. l. ſi unus §. pactus ne peteret. ff. de pact. ubi glo. & Bart. *& not.* Bart. *in. l. eum qui ita §. ita ff. de uerb obliga. & in propoſito noſtro dicit glo. not. in cle. ij. in uerb. competenti ut lit. pendente, quod iudex competens dicitur ille cuius iuriſdictio declinari potuit, ſi non fuit excluſa per exceptionem. ita ſcribit* Dec. *in. d. c. ſi duobus in tertio not. de appellat. credidit etiam* Cagnol. *in §. fin. inf. ead. l. num. xxi. quod in. l. ij §. ſed & ſi dubitetur. ff. de iudic. legatus ille qui non obtemperauit, careat dolo. credens ſe tutum priuilegio, & tamen mulctatur, & ſic etiam ſine dolo quis mulctatur ſecundum eũ,* Ego *dico* ꝙ *ibi ſubeſt dolus, quia lex dat cognitionem priuilegij preſidi, & iubet legatum uocatum ut obtemperet, & compareat, allegaturus priuilegium d. l. ij. & l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. & l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. non iur. qui ergo non uadit contra legem nititur, nec poteſt eſſe in bona fide, quia hoc nihil aliud eſt, quam iuris ignorantiam pretendere, que non toleratur l. leges ſacratißime & l. fin.* C. *de legib. l. quemadmodum.* C. *de*

agrico. & cenſit. uocatus ergo tenetur ire ad allegandum priuilegium ſecundum diſtinctionem proxime relatam.

165 ALTA *Eſt hæc queſtio, & altum eſt hoc pelagus, quod in hic materia ſulcandum ſe ſe offert, uarij enim uaria ſenſerunt, & multa effuderunt* Doct. *uarijs in locis, precipue in d. c. ſi duobus, ſed pre ceteris quamplurima ſcribit* Fel. *in d. c. cum ordinem de reſcript. quibus in locis multos articulos diuerſis rationibus ſuffultos unica queſtione complecti nixi ſunt, & propterea in labyrinthos inextricabiles inciderunt,* Ego *quod attinet ad materiam mulcte tantum, ceteris omißis, ſic diſtingui poſſe exiſtimo, aut enim iudex ipſe caret iuriſdictione ex priuilegio, hoc eſt quia ex generali iuriſdictione aliquis exemptus eſt per priuilegium, aut caret iuriſdictione nullo citati priuilegio, ſed ex perſona ſua, hoc eſt quia non fuit ſibi data iuriſdictio huiuſmodi, puta quando iuriſdictio territorio certo circũſcripta eſt, aut intra certam ſummam taxata, aut ad certum genus hominum limitata, aut ad certum genus cauſarum reſtricta, his caſibus caret iudex iuriſdictione non ob priuilegium alterius, ſed ex perſona ſua, hoc eſt quia ſibi non fuit data iuriſdictio.*

166 PVTO *Igitur quod hoc ſecundo caſu quando ipſi non eſt iuriſdictio data, ſi ius dicat extra territorium, uel ſupra ſummam iuriſdictionis ſue, aut extra genus hominum, uel cauſarum, ad quas eius iuriſ*

iuriſdictio reſtricta eſt, impune illi non parebitur, nec hoc caſu tenebitur uocatus ire ad allegandũ aliquod priuilegium, quia uocatus non innititur priuilegio, nec ſe excuſat ob priuilegium aliquod, ſed ex defectu iuriſdictionis iudicis tutus eſt, ita procedit text. in d.l. fin.ff. de iuriſdic. omn.iudic.cum ibi not. per Doct. *& text. in l. factum à iudice ff. de regu. iur. & c. ea quæ fiunt eod. titu. libr. vi. glo. in l. non uidetur §. qui iuſſu ff. de regu. iur.* Dec. *&* Cagnol. *in d.l. factum, & puto quòd hoc caſu non poßit pretendi ignorantia per iudicem, quia ipſe ſcire debet qualem quantamque iuriſdictionem habeat, & in facto proprio non eſt tolerabilis ignorantia.*

IN *Altero caſu quando ſcilicet habet iuriſ-* 167 *dictionem in genere, que iuriſdictio in genere ſuo ſumpta complectatur omnes caſus, ex ea tamen eximitur aliquis ex priuilegio, puto quod hoc caſu uocatus teneatur ire allegaturus priuilegium ſuum, quia iudex habet fundatam intentionem, qui habet iuriſdictionem talem in genere, quæ comprehendat etiam hunc caſum, qui ergo ius ſpeciale pretendit. Illud debet allegare, & id quidem coram ipſo magiſtratu deduci oportet, cum pertineat ad ipſum iuſdicentem cognitio huiuſmodi priuilegij, hoc eſt quale quantumque ſit priuilegium, & an ſimus in caſu priuilegij,* Ita *procedit text. in d.l. ij. in princ. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. & in l. ij. §. ſed & ſi ff. de iudic. & in l. ſi quis ex aliena eod. titulo*

& aduerte quod poteſt eſſe quod pretor ſciat eum qui uocatur habere priuilegium, tamen ignorabit an ſimus in caſu priuilegij, hoc innuit tex. in d. l. ij §. ſed & ſi, ibi, ſi dubitetur utrum in ea quis cauſa ſit, ut domum reuocet,

168 DENIQVE Cum pretor à cuius generali iuriſdictione exemptus eſt aliquis, habeat iuriſdictionem in hoc ut cognoſcat de priuilegio d. l. ij. ibi, ut hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit ff. ſi quis in ius uoc. non ier. uocatus ire tenetur, alioqui contemnere intelligitur auctoritatem pretoris d. l. ſi quis ex aliena, & propterea mulctari poterit, ſi non obtemperet d. l. ij. in princ. iuncto §. 1. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. uide Alexan. in l. ex quacunque colum. iij. nume. xiij. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. Cogitabitis tamen ſuper hac deſtinctione noua, quia Doct. aliter diſtinguunt in locis allegatis, ſcitote etiam quod hec mea diſtinctio pertinet tantum ad mulcte poteſtatem, de alijs ad materiam legis noſtre non pertinentibus, non loquor, Item intelligo hanc concluſionem in his qui alias de iure poſſunt mulctare ſecundum text. in l. ij. §. fin. ff. de iudic. & in hac l. noſtra in princ.

169 DECIMOQVARTO Limita non procedere concluſionem principalem in his qui in ius uocari non poſſunt, lege uel edicto pretoris prohibente, cum enim lege ſint tuti, penam non patiuntur, l. gracchus C. de adult. & hoc uidetur expreſſum

preſſum in l.ij. in fin. ff. ſi quis eum qui in ius uocat. eſt ui exim. & ibi ratio eſt expreſſa in fin. legis, dum ait quod ex quo deliquit es qui uocat, non delinquit qui uocatum ui eximit, qua ratione dicendum eſt, quod & uocatus contra edictũ pretoris non delinquit d.l. ij. in fin. cum ergo non delinquat, conſequens eſt ut mulctari non poßit, quia mulcta ſine dolo, & ſic ſine delicto infligi non poteſt, ut ſupra concluſum eſt, & hoc caſu non uidetur contemnere pretorem, quia non denegat ſe non eſſe ſuppoſitum eius iuriſdictioni, immo tuetur iuriſdictionem & edictum pretoris, ex quo ipſemet pretor uetat eos uocari, alioqui ſi pontifex dum ſacra facit, uel qui equo publico in cauſa publica tranſuehitur, uel qui cadauer proſequitur. uel alij ſimiles dimißis his que peragunt, tenerentur ire, nihil ſibi proficeret illud priuilegium, pretori datum, ſed elluſorium eſſet, quod pati non debemus l. ſi pretor in princ. ff. de iudic.

DECIMOQVINTO *Limita non pro* 170
cedere in pari uel maiori magiſtratu, hi enim mulctari non poterunt, quia par in parem non habet imperium l.iij. in fin. & l. nam magiſtratus ff. de iudic. l. ille a quo. §. tempeſtiuum ff. ad trebell. & hoc poteſt ſatis comprehendi ſub generali limitatione de iudice incompetenti, tamen gratia clarioris doctrine ſeparata eſt, Hanc *limitationẽ probat,* Bart. *in. §. ſequen. in ult. queſt. uide ibi* Cagnoll. *late num. xxx. & alios.*

Limita

171 DECIMOSEXTO Limita non procedere, ſi nihil interſit actoris eo tempore aduerſarium in ius ueniſſe, tunc non mulctabitur reus, qui non obtẽperauit, hoc probat text. in l. ij §. fin. & ibi glo. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. qui text. hoc expreſſe determinat, & ponit exemplum in eo qui uocatus die feriato. non uenit, & ait quod is non mulctabitur, quia nihil intereſt actoris aduerſarium eo tempore ueniſſe, quia non cogitur comparere, & acta contra eum non ualent l. 1. ff. de fer. eandem ſententiam quod mulcta non infligatur ſi actoris non interfuerit tenet glo. in d. §. fin.

172 IDEM Tenet ibi Bart. in prima lect. colum. fin. in uerſ. uenio ad uerſic. ubi ait quod ita tenent communiter Doct. per illum text. qui loquitur generaliter quando non intereſt actoris, ut pena remitatur, pars enim debet inſtare, & a[d]uerſarij contumaciam accuſare, ut in l. properandum §. & ſi quidem C. de iudic. & actore non comparente debet circunduci peremptorium l. & poſt edictum ff. de iudic. ut etiam ait Bart. in d. l. ij. §. fin. Idem ibi tenet Iaſ. in. vij. not. colum. iij. & Bald. colum. 1. in ſecunda oppo. num. vi. licet poſtea uideatur mutare ſententiam in colum. ij. in fin. uerſ. procedo num. viij. & colum. ſequen. in princ. num. viij. & dicit ibi Alexan. colum. ij. uerſ. in text. ibi nihil, quod glo. illa communiter approbatur & ſic communis eſt ſententia quod non mulctatur quis quando actoris non intereſt,

Pro

PRO *Qua opinione eſt text. expreſſus in d.l. ex quacunq; §. fin. ff. ſi quis in ius uocat. non ier.*

PRO *Eadem opinione facit text. in l. neque* 173 *impuberes ff. de in ius. uocan. ubi ait text. quod qui in ius uocatus eſt duobus caſibus dimittendus eſt, ſi quis eius perſonam defendat, & ſi dum in ius uenerit, de ea re trãſactum fuerit, uidemus igitur quod his caſibus uocatus non comparet impune, ratio eſt quia actoris non intereſt, pro eadem opinione facit text. in l. iij. §. ſi quis ad pedaneum ff. Ne quis eum qui in ius uocat. eſt ui exim. ubi ſi uocatus ad iudicem pedaneum, & ſic ad eum iudicem qui cohercere non poteſt, ui eximatur, ceſſat pena illius edicti, ratio eſt quia nihil intereſt actoris, cum non poßit à iudice coherceri is qui uocatus eſt, facit etiam text. in l. eo tempore in princ. ff. de pecul. ubi ait quod ſi pater latitat eo tempore quo nihil eſt in peculio, non poteſt aduerſarius mitti in poſſeßionem rei ſeruande cauſa, ſi de peculio ſecum agere intẽdat, quia fraudationis cauſa pater nõ latitat, qui ſi iudicium acciperet, abſolui deberet, fraudationis enim cauſa cauſa non uidetur latitare, licet quis iniuria iudicis damnari poßit.*

CONTRARIAM *Sententiam tenuit* 174 *Cyn. in d.l. ex quacunq;, quem ibi refert & ſequitur Bald. in col. ij. in fin. & col. ſeq. in princ. & ponit exẽplũ de eo qui fuerat uocatus in ius ob falſum debitum, & uenire contempſit, ob quam cauſam bannum paſſus eſt, concludit ualere bannum ratio-*

ne contumatie, licet actoris non interſit eum comparuiſſe,

Pro hac opinione allegatur tex. in .l. ſed eximendi §. fin. ff. ne quis eum qui in ius uocat. ubi punitur etiam ille qui ui eximit uocatum in ius per calumniam, ſed planum eſt quod tunc non intereſt. actoris calumniantis ut ſentit tex. in l. pen. §. in eũ. ff. eod. tit. & ſic uidetur quod omnino etiam is mulctari poßit qui uocatus iudicem contempſit, tametſi actoris nihil intereſt. ſufficit enim quod interſit iudicis. ob contemptum ſuum, ob quem ſolet imponi mulcta ut hac l. 1. in princ. & in. §. fin. ubi glo. not. & in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. Allegatur etiam tex. in fin. hac ead. l. §. fin. ubi uidetur dari hoc iudicium etiam ſi non interſit.

175 HANC *Opinionem ſequitur Alex. in d. l. ex quacunq; col. ij. in princ. uerſ. in text. ibi nihil, num. vi. & col. fin. circa fi. num. xx. eandem probat Paul. de caſt. ibid. col. 1. in fin. num. vij. & Soz. in col. ij. in vi. not. num. xiij. Ad tex. in l. neque impuberes ff. de in ius. uoc. reſpondent quod ibi tranſactio ſequuta fuerat per quam tranſactionem circum ducta fuerat & annullata citacio, & propterea nec iudicis nec partis intererat, ut ait Soz. in d. l. ex quacunque num. xvij. in ſexto not. Alex. ibid. colum. fin. num. xx. & in l. neque .§. fin. in fin. num. ij. ff. de in ius uocan.*

176 AD *Text. in d. l. ex quacunque. §. fin. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. reſpondet quod ibi citatio*

tio non ualuit per text. in l.fin. C. de fur. Bart. & Doct. in l. 1. §. nunciatio ff. de op. no. nunc. ita reſpondet Bald. in d.l. ex quacunque num. viij. colum. iij. in prin. & Alex. colum. ij. in princ. num. vi. & Soz. colum. ij. in fin. num. xiij. & Paul. caſt. colum. 1. in fin. num. vij. uerſ. in text. ibi nihil, ſecus eſt inquiunt ipſi ſi citatio ualeat, quia licet nihil interſit actoris, tamen ſufficit quod ſit contemptus iudex ut ibi concludunt Doct.

AD Tex. *in d.l. neque ff. de in ius uoc.* Re- 177
ſpondent quod ibi non ualuit citatio ex poſt facto, id eſt circunducta fuit per tranſactionem,

AD *l. 1. §. hec uerba ff. ne uis fiat ei, & ad ſimilia, reſpondet* Bald. *in d.l. ex quacunque quod loquitur de intereſſe partis, & clarum eſt quod pene que reſpiciunt partis intereſſe, ceſſant ſi nihil interſit actoris.*

QVID *Dicemus in tanta uarietate* Doct. 178
nam licet prima ſit magis communis inter ueteres, ut atteſtantur Bart. & Alex. *Tamen moderni uidentur magis communiter ſequi poſteriorem opinionem, ſcilicet quod etiam ſi nihil interſit actoris, poßit tamen contumax mulctari, ob ſolum iudicis contemptum.*

EGO *In hoc conflictu opinionum conſidero* 179
quod ſi attendimus ſolum contemptum pretoris ſemper ſubeſt contemptus ſiue ualeat citatio, ſiue non ualeat, ſemper enim uerum eſt quod pretor uocauit in ius, & quod & non fuit obtemperatum, maxime

autem ſubeſt, quando ab initio ualuit citatio, licet deinde ſecuta fuerit tranſactio inter partes, nam ſi de nullo alio curamus, quàm de ipſo contemptu, debet ire uocatus ad iudicem ſe ſe excuſaturus ut in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. uidemus tamen quod lex his caſibus parcit contumaci & ſic lex non conſiderat ſolum iudicis contemptum. Nec prodeſt reſpōſum quod citatio fuerit circunducta tranſactione, nam nihilominus uerum eſt quod fuit contemptus iudex, qui forte ignorauit tranſactionem, & expectans uocatum indignatur ſuam iuriſdictionem contemni, nec debuit eſſe in poteſtate partis remittere uocato penam contemptus, cum tranſactio facta fuerit tantum ſuper priuato intereſſe, non autem ſuper contempta maieſtate iudicis, Ideo pactis priuatorum non debuit derogari iuri publico l. iij. ff. de teſtam. l. neque pignus §. priuatorum ff. de regu. iur.

180 NECESSE *Eſt igitur fateri quod ſolus iudicis contemptus non eſt cauſa ſufficiens mulcte indicende, ſed oportet quod aliquid aliud concurrat, puta cauſa,*

181 CONSIDERO *Etiam quod text. in d. l. ex quacunque. §. fin. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. generaliter & indiſtincte ait quod mulcta non infligitur, quia actoris non intereſt, & licet poſtea ſubdat exemplum uocationis facte die feriato, tamen Illud exempli cauſa propoſuit, nec dixit quod non ſit locus mulcte, ex eo quia non ualuerit citacio*

tatio, pro ut facere debuit, ſi illa erat ratio deciſionis, ſed quia non intereſt actoris, quæ eſt generalior, Suſtinenda eſt igitur ratio quam lex expreſſit, non autem noua excogitanda, nec debemus nos diſtrahere & contorquere legem, & eam per ſuppletiones, & ſubauditiones diuinatorias accommodare ſenſui noſtro, ſed debemus ſenſum noſtrum accommodare legi, ſine ui & ſine ſubauditione diuinatoria aut deſtructoria, hæc enim ſubauditio quam faciunt Doct. *omnino deſtruit text.*

CONSIDERO Etiam *quod lex indiſtincte loquitur de die feriato, & ait indiſtincte, quod ſi fuerit dies feriatus, & uocatus non obtemperauerit, remittenda erit pena, nec diſtinguit unum genus feriarum ab altero, & ſic non diſtinguit ferias introductas in honorem dei à ferijs ob neceſſitatem inductis, nec à repetentinis, inter quas tamen eſt longa differentia, nam ſaltem in caſu feriarum conſtitutarum ob neceßitatem hominum, ualet citatio, licet citatus non teneatur comparere, ſecundum communem opinionem* Doct. *in l.* 1. §. *nunciatio, ubi* Bart. Alexan. & Iaſ. & *alij ff. de ope. nou. nunc.* & *communem eſſe atteſtatur* Soz. *in tract. de citation. in xix. articulo. princ. colum. iij. num. vij. uerſ. ſecundo uero caſu & ſic hoc caſu in ferijs neceſſarijs ceſſat inualiditas citationum conſiderata per* Doct. *tamen uerum eſt* ꝙ, *uocatus non tenetur etiam eo caſu comparere per* 182

re per text. in l. 1. ff. de fer. & hoc tenent communiter Doct. Soz. in d. tract. citation. xix. articu. princ. colum. iij. num. vij.

183 CONSIDERO Etiam quod cauſa & finis uocandi in ius is eſt, ut iuſdicatur inter partes, & ad hunc finem uenire compellitur uocatus, alioqui non compellendus ſi ius dici non poßit.

IDEO Si eueniat caſus propter quem ius dici non poßit, ceſſabit cauſa uocationis, per conſequens ceſſabit etiam mulcta, quia ceſſat cauſa, ob quam obtemperãdum eſt, & obquam uocatio facta eſt, nõ aliter enim mulctari quis poteſt quam ſi ex cauſa uocatus fuerit, ut innuit tex. in l. ij. §. 1. in uerb. ex cauſa ff. ſi quis in ius uocat. non ier. ex quo tex. apparet quod non ſufficit quod uocatus non iuerit, ſed cauſa ſubeſſe debet, propter quã fuit uocatus, nudum enim preceptum iudicis, hoc eſt ſine ulla cauſa factum, non ualet, nec ei obtemperandum eſt, ut tradit Bart. in l. filius. §. diui col. fin. ff. de leg. primo & ibi Alex. late colum. pen. uerſ. utrum autem, num. xxxi. & ibi Iaſ. in ult. queſt. colum. pen. in fin. & colum. ſeq. & late Curt. ſen. in conſ. lx. col. fi. & Cagnol. hic, Sentit abb. in c. propoſuiſti colum. penult. nume. xi. & ibi Falco. in addit. extra de for. compe. & ibi Soz. colum. iiij. uerſ. quinto principaliter num. ix. quando igitur nihil omnino intereſt actoris, fateri oportet quod non ſubeſt cauſa, Ideo precepto huiuſmodi non obtemperabitur,

184 EX His concludo ueriorem & equiorem

eſſe

eſſe ſententiam glo. & Bart. quam antiqui magis communiter ſequuntur. qui etiam ſunt maioris authoritatis, ſcilicet quod ſi nihil interſit actoris, non poßit mulctari aduerſarius, qui non obtemperauit,

AMPLIA Procedere *etiam ſi ex poſt facto deſinat intereſſe uidelicet poſt preceptũ, & antequam euenerit tempus obtemperandi, puta ſi tranſactio ſecuta fuerit inter partes l. neque in fin. ff. de in ius uoca. quid enim aliud cogitat pretor, quam ut partes componantur? l. 1 §. inde queritur ff. de ope. no. nunci. facit regula de qua in l. inter ſtipulantem §. ſacram & l. pluribus §. 1. ff. de uerb. oblig. & quod de cauſa finali ceſſante tradunt* Dec. & Cagnol. *in l. in ambiguis §. non nouum ff. de reg. iur. & ante eos* Bart. *in l. uranius §. ſed cum duo colum. 1. ff. de fideiuſſo. & in d. l. pluribus §. ſed ſi placeat,* 185

RESTRINGE Et *declara hanc communem concluſionem ut procedat quando nihil omnino intereſt eo tempore quo obtemperandum eſt ſuper actu, pro quo obtemperandum eſt,* Ita *procedit text. in d. l. ex quacunque §. fin. ff. ſi quis in ius uocat. non ier.* 186

E T Sic *non conſideratur intereſſe reſpectu cauſe principalis, hoc enim intereſſe quod reſpicit definitionem totius negotij principalis non conſideratur, non enim fit hec indago, nec iſta inquiſitio, an actor foueat ius in cauſa principali nec ne, ideo* 187

etiam

etiam calumniator auditur. & eo inſtante qui non obtemperat mulctatur, ut d. l. ſed eximendi §. item ſi quis & l. penul. §. 1. ff. ne qui eum qui in ius uoca. eſt ui exim. ita procedit & ſuſtinetur deciſio Cy. & Bald. *in d. l. ex quacunque, de uocato in ius ob falſum debitū, Sed intereſſe de quo loquitur lex uerſatur circa actum de quo ad implendo tractatur, puta is ad reſpondendum de iure & litem conteſtandam uocatus eſt, & ſatis dicitur intereſſe ſi potuit ualere ille actus, eo tempore quo obtemperandum fuit, negari enim non poteſt quin aliquid interſit actoris quod ille compareat ſi potuit ualere ille actus, ad quem uocatus eſt aduerſarius, & hoc intereſſe conſiderat text. in d. l. ex quacunque §. fi. ff. ſi quis in ius uocat. non ier.* Ibi *enim non ait lex quod non interſit actoris quo ad negocium principale, ſed ait quod nihil eius intereſt uocatum eo tempore comparere, ex quo non poterat cogi ad reſpondendum in iure feriato die, & actus contra eum factus eo tempore non ualuiſſet d. l. 1. ff. de fer. & ita procedit opinio* Bart. *& ſequacium, reſpicitur ergo tempus illud quo actus gerendus eſt, & reſpicitur actus ideſt an fieri poßit, non autem merita negocij principalis,* Nec *refert an prius uel poſtea interfuerit, dummodo non interſit eo tempore quo obtemperandum eſt, & tunc nihil intereſſe dicimus actoris quando actus gerendus, non eſt ualiturus, eo tempore, aut loco, quo gerendus eſt, adeo quod non*

refert

refert ſi prius uel poſtea interfuerit,

HIS *Conſequens eſt ut nihil interſit actoris quod uocatus compareat die feriato d.l. ex quacunque §.fin. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. hoc enim caſu & ſi comparuiſſet uocatus, & compulſus fuiſſet à pretore ad obtemperandum non ualeret quod geſtum fuiſſet l.1.ff.de ferijs, licet nihil intererit ſi uocatio facta fuerit extra territoriũ l.fin.ff. de iuriſdic. omn.iud.* 188

ITEM *Nihil intererit ſi iudex uel abeſt uel mortuus eſt, eo tempore quo obtemperandum foret l. arbiter calendis ff. de arbit.*

ITEM *Nihil intererit ſi ad turpem & inhoneſtum locum uocatio facta eſt l. ſi cum dies §. penult. ff.de arbit. l. penult. in fin. ff. de iuſt. & iur. & his caſibus non mulctabuntur inobedientes,*

HEC *Tamen declaranda ſunt, ut procedant quando uocatus in ius tutus eſt ipſo iure, puta quando actus ipſo iure ſi fieret non ualeret. Ita procedant ſupra allegata, & ita procedat opinio glo. & Barto. & ſequacium, ſecus eſt ſi exceptione tantum tutus ſit, ut quia eſt delegatus, uel alias habet priuilegium declinandi iuriſdictionem pretoriam, tunc enim non poſſumus dicere quod omnino nihil interſit actoris aduerſarium comparere, immo aliquid intereſt ipſo iure, licet ius illud per exceptionem excludi poßit, negari enim non poteſt, quin ius quod competit, licet per exceptionem excludi* 189

cludi poßit aliqualiter conſiderabile ſit, per ea quæ not. glo. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret ff. de pact. & ibi Barto. colum. antepen. & Paul. de caſt. ibi colum. fin. & alij ſequuntur & Dec. in. l. non uidetur cepiſſe nume. iij. & . iiij. ff. de regu. iur. aliquid ergo intereſt actoris hoc caſu, quando aduerſarius ipſo iure non eſt tutus, ſed exceptione ſola, quam forte non obijciet, uel non probabit, uel forte non admittetur à iudice, non poteſt negari quin aliquid interſit actoris, ex quo ualere poteſt actus, ob quem facta eſt citatio, & tunc tenetur obtemperare uocatus, quod ſi non fecerit, mulctandus eſt l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. & hoc caſu etiam poteſt ſuſtineri opinio Cyn. Bald. Alexan. & ſequacium, & ita federe diſtinctionis omnia concordari poſſunt, quæ notanda ſunt, quia noua ſunt, & in praxi ſepe occurrunt.

190 DECIMO SEPTIMO Limita generaliter non procedere in omnibus caſibus in quibus non ualet preceptum ſiue citatio, nam tunc non tenetur quis obtemperare, & non obtemperando non mulctabitur. Ita ſentiunt Alexan. & alij in d. l. ex quacunq; dum reſpondent ad illum tex. §. fin. aiunt enim quod ideo non poteſt mulctari contumax quia non ualuit citatio.

191 DECIMO OCTAVO Limita non procedere in his qui uocati fuerunt in cauſis iuriſdictionis uoluntarie tantum, Exemplum, ſi quis à comite palatino fuerit uocatus ut interſit legitimationi

tioni per eum fiende de proximiore agnato, hoc caſu qui non obtemperat, non mulctatur, ut inquit Soz. hic colum. ij. circa fin. num. ix. uerſ. quinto, & probat lancell. Dec. ea ratione quia contumacia non poteſt cadere in uoluntaria iuriſdictione, quæ exercetur in uolentem tantum,

IDEM *Eſt qnando is qui imperat, non habet magiſtratum, licet habeat adminiſtrationem aut curam bonorum, aut rerum, ut ſunt procurator & rationalis ceſaris, l. ij. & . iij. C. de mod. mulct. ita determinat hic* Bart. *in colum. ij. uerſ. uel poſſumns &* Bald. *colum. 1. nume. ij. &* Alexan. *colum. ij. circa princ. uerſ. in ea glo. nume.* V. & Soz. *colum. ij. num.* Viij. *uerſ. quarta, & ceteri ſequuntur.*

DECIMO NONO Limita *procedere* 192 *cōcluſionem principalem dummodo precipiatur quod aliquid detur, uel fiat, ſecus eſt ſi quis citatus fuerit cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, quia huiuſmodi citacio non arctat ipſum ad comparendum, & ideo non comparens, non dicitur hoc caſu contemnere iudicem, nec poteſt dici contumax. nec puniri, quia hæc dicitur uoluntaria citacio, ut ſcribit* Bald. *in c. 1. colum.* V. *uerſ. & nota nume. de milite* Vaſall. *qui contumax eſt, &* Paul. *caſt. &* Alex. *in l. teſtamenta omnia* C. *de teſtam. & afflict. in deciſ. neapol. cap. ſecundo & cap. xxiiij.* Maranth. *in ſpecul. aur, in. iij. part. princip. in ſecundo memb. in fin. nume. xxxiij.*

K Limita

193 VIGESIMO Limita non procedere quando in precepto aliquid cum comminatione pene precipitur, adiecta tamen clauſula, ſi ſenſeris te grauatum compareas etc. uidetur enim iudex tunc duo alternatiue precepiſſe, uel quod illud faciat quod preceptum eſt, uel quod compareat coram ſe, & ſic electio data eſt citato, ſi ergo compareat, id ſufficit, nec mulctabitur licet non obtemperauerit iudici in illo quod precipitur, quia preceptum illud habet uim ſimplicis citationis gloſ. in. l. de pupillo. §. meminiſſe in uerb. eum. ff. de op. no. nunc. & glo. in. c. ex parte el primo. §. fin. in uerb. dubia in fin. extra de uerb. ſignifi. Bald. in conſ. ccccIxiij. colum. ij. num. vij. uolu. iiij. Alex. & ceteri recentiores in. d. §. meminiſſe, ad quos uos reijcio.

194 VIGESIMO PRIMO Limita non procedere in caſibus notatis per abb. in. c. ſi quando, de off. deleg. & ibi latius per Dec. ubi ponuntur caſus in quibus poteſt reſiſti iudici, ut per Iaſ. in. l. ut uim colum. vij. uerſ. glo. prima. ff. de iuſti. & iur. & ibi late Dec. colum. viij. uerſ. prima concluſio num. xxiiij. cum mult. ſeq. ibi omnino uide, & per Dec. & Cagnol. in. l. non uidentur data §. qui iuſſu. ff. de regu. iur. & in. l. factum iudicis eod. titulo, non tranſcribo tradita per Doct. in locis allegatis, ſed ad eos uos reijcio, nam concluſiue & magiſtraliter loquuntur in. d. l. ut uim & in. d. c. ſi quando, inter cetera ibi ponitur caſus quando fuit

do fuit appellatum, & non obſtante appellatione iu*e* dex uult ad ulteriora procedere, Item quando pre=ceptum notorie eſt iniuſtum, uideatis omnino Doct. in locis allegatis.

VIGESIMO SECVNDO Limita 195
non procedere quando contumacia conſiſteret in omittendo, & pars remitteret. nam hoc caſu à mulcta temperandum eſt & abſtinendum à iudi=ce, per id quod tradit glo. not. & ſing. in l. diuus marcus in uerb. ſollicitudo in fin. ff. ad ſyllan. ubi ait quod quando delictum conſiſtit in omittendo, ſi aduerſarius ignoſcat pena remittenda eſt, etiam que fiſco applicanda eſt, probat Dyn. in. d. l. di=uus, & Bald. in. l. iuris gentium. §. ſed ſi paci=ſcar. ff. de pact. in prima lect. & Ant. corſet. in ſing. in uerb. pena, uerſiculo ultimo. uide etiam appoſtill. ad Bertach. in reperto. in uerb. delictum poſt nu=me. lviij. ubi multa allegat, pro hac opinione fa*e* cit text. in. l. neque in fin. ff. de in ius uocan. ubi tranſactio partis prodeſt contumaci ne mul=ctetur.

VIGESIMO TERTIO Limita non 196
procedere quando extat conſuetudo & ſtylus cer=tus & determinatus, ad puniendum contumacem, puta ex ſtylo ſolet mulctari in decem, iudex autem ſpreto huiuſmodi ſtylo in precepto inſolitam pe*e* nam comminatur, puta precipit ei quod compare=at ſub pena eris & perſone, hoc caſu ſi uocatus ſpeuerit preceptum huiuſmodi, à ſtylo, & a conſue=

tudine exorbitans, mulctari non poteſt, ſed excuſandus eſt, text. eſt ſing. in. l. fin. C. de cano. preſtati. lib. decimo & ibi Ang. not. Idem tradit Anto. corſet. in ſingularib. ſuis in uerb. pena in penult. uerſ. ſuper quo uide quæ late de ſtylo aggregat. Fel. in. c. ij. colum. vi. in uerſ. ſtylus nume. xvi. cum ſeq. de reſcript.

HANC *Limitationem ſumme commendat Iaſ. inf. ead. l. in. §. ſeq. colum. ij. uerſ. adde fortius.*

197 VIGESIMO QVARTO *Limita non procedere in confiſcatione bonorum, per mulctam enim non poſſunt auferri tota bona, not. hoc Bald. in. c. 1. colum. penult. de offic. delega. & ibi probat Dec. colum. fin. nume. xv. circa fin. idem probat Cagnol. hic num. xc. & in § fin. num. xiiij. & per hoc limitatur text. in. l. ſi qua pena in fin. ff. de uerbo. ſignific. ubi datur arbitrium iudicibus imponendi quantam mulctam uelint, reſtringitur enim ut non procedat quando confiſcantur tota bona, ratio eſt in promptu, quia in generali arbitrio alicui dato, non uenit poteſtas confiſcandi bona, ut not. Bald. in. c. 1. in princ. colum. v. uerſ. ſed hæc quero, de pac. tenen. & idem Bald. in. l. 1. C. ne ſine iuſſu Pincip. liceat cert. iudicib. confiſca. & Alexan. conſ. cxiij. col. iij. nu. xiiij. uol. ij. de quo etiam aliquid dixi ſupra in quinta Ampliati.*

198 VIGESIMO QVINTO *Limita non procedere in paupere, paupertas enim eſt iuſta cauſa remit=*

ſa remittendi mulctam, hoc dicit expreſſe text. in. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. preſid. l. eos. in fin. & ibi glo. C. de mod. mulct. Barto. hic in penult. queſt. & Iaſ. colum. fin. uerſ. ultimo & Cagnoll. in uerſ. octaua. nume. ciij. Fel. in. c. qualiter & quando colum. xx. nume. xxxv. uerſ. ſexto limita, de accuſatio. ſecus eſt in pena ut per Doct. in locis allega. & ita ſe habet communis opinio, rationem differentie uide per Fel. in. d. c. qualiter nume. xxxv.

VIGESIMO SEXTO Limita non 199
procedere quo ad amiſsionem totius cauſe, de qua controuertitur, hoc ſentit glo. inf. ead. l. §. fin. in uerb. iudicium uerſ. Item not. quam approbant ibi Barto. Sal. Alexan. & Iaſ. & dicit ibi Alexan. nu. viij. q Bald. in l. & in mulctis. C. de appell. ponderat illam glo. procedere etiam concurrente periurio, probat eandem glo. Cagnoll. hic nume. xcix. & in. d. §. fin. num. xiiij. & in hoc communiter conſentiunt Doct.

IDEM Dicitur de priuatione beneficiorum ut ob contumaciam non poſsit imponi, ut egregie tradit Dec. in. d. c. primo colum. fin. num. xv. de off. delega. & Cagnol. hic num. xcix.

IDEM Eſt etiam quando iudex uult imponere mulctam excedentem eſtimationem cauſe, hec enim tam magna mulcta infligi non poterit, ut notabiliter ſcribit Salic. in. l. ij. C. de ſportul. quod mordet Curt. ſed defendit Cagnol. hic nu-

 me.

me. xciij. optima ratione, nam ſi amiſſione totius cauſe non poteſt quis affici, ſecundum communem concluſionem Doct. ut uiſum eſt multominus maior pena imponenda eſt, & ex his reſtringitur tex. in .d. l. ſi qua pena, circa fin. ff. de uerbo. ſignifi. Hæc tamen reſtringit & declarat multipliciter Cagnoll. inf. ead. l. §. fin. nume. xv. & per eundem hic nume. xxvij. ad quem uos remitto, ne ſim nimis longus.

200 VIGESIMO SEPTIMO Limita non procedere quando contumatia uocati non impedit proceſſum, nec aduerſarium damno afficit, puta ſi quis fuerit uocatus ad uidendum iuſiurandum teſtibus deferri, aut ad ſententiam audiendam, & alijs caſibus ſimilibus, qui non impediunt proceſſum, non erit locus mulcte, he enim citationes fiunt ad commodum uocati, ideo ſi non obtemperet, non debet mulctari, quia nec aduerſarium damno afficit, nec proceſſum impedit, ita tradit Paul. caſt. inf. ead. l. in. §. ſeq. & probat Alexã. ibid. colum. ij. nume. vi. & .vij. potuit enim renunciare fauori ſuo, per text. in. l. pen. C. de pact. & & ita reſidet Alex. in. d. §. ſeq. colum. fin. uerſ. Item adde, & iaſ. ibid. colum. ij. in fin. uerſ. quinto, & colum. ſeq.

201 PVTAT Tamen Alexan. ibi colum. ſecunda nume. ix. in uerſ. tamen non uideretur, quod uocatus peremptorie ad ſententiam, & uere contumax poſſet etiam mulctari, cum huiuſmodi con-

tumacia

tumacia ſit uetita. l. contumacia. ff. de re. iudi. & licet priuetur beneficio appellandi.d. l. contumacia &.l. poſt edictum .§. fin. ff. de iudic. tamen quia huiuſmodi pena eſt ciuilis & reſpicit intereſſe priuatum, non tollit penam fiſco applicandam, iuxta text. in.l. 1. C. quando ciuil. actio. preiudi. crim. l. licitatio §. quod illicite. ff. de publica. cum ſimil. ideo uidetur quod non tollat poteſtatem infligendi mulctam, quæ applicatur fiſco. l. V. C. de mod. mulct.

MIHI Videtur *quod concluſioni* Alexandri *obſtet tex. noſter in uerbo. defenſores, & quod ego dixi ſupra in quarto not. obſtat etiam regula generalis tradita hic per* Bald. *ubi ait quod contumacia que impedit iuriſdictionem iudicis, mulctari poteſt, alias ſecus, ut per iaſ. in. §. ſequen. colum. iij. in princip. planum eſt autem quod qui contumax eſt ad audiendam ſententiam, non impedit iuriſdictionem ut per* Bald. *in loco allegato. ideo non uerificantur uerba legis noſtre, que ait, quod tunc mulcte locus eſt, cum iudex uult defendere iuriſdictionem, & per hoc mihi uidetur quod reſtrictio* Paul. *Caſtr. &* Alexand. *non poßit ſuſtineri.* 202

NON Obſt. *text. in .l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. cum ſimilib. quia illud procedit quando utraque competit actio, tam ciuilis quam criminalis, tunc una intentata non tollitur alia, ſed in caſu noſtro ego dico quod non competit* 203

criminalis, ex quo non impeditur iuriſdictio, ut dixi.

204 NON Obſt. text. in. d.l. contumacia, quia non aperit text. ex qua cauſa ſit contumax, uidelicet an quia delinquat, an quia ſciens iure ſuo renunciare uidetur, denique dato quod debeat ire ad iudicem, hoc iuris ſui conſeruandi cauſa facere debet, quod autem id omittens facere puniatur criminaliter, nulla lex hoc dicit, igitur nec nos debemus imponere penam in caſu omiſſo à lege .l. illam. C. de collat. & ibi late Iaſ. §. optimum in auth. de non eligendo. ſecundo nuben. glo. pen. in fin. in. c. fin. de iur. patron. max. quia non ſubeſt eadem ratio quæ eſt in caſibus expreßis. Nec omnis contumacia digna eſt mulcta, ut ex limitationibus precedentibus, ex quibus multi caſus elliciuntur, in quibus contumax non mulctatur, accedat quod hæc ſententia quam ego ſequor eſt benignior, ideo amplectenda eſt .l. ſemper in dubijs. ff. de regu. iur. l. proxime uerſ. ſed in re dubia. ff. de his quæ in teſt. delent. l. benignius. ff. de legib. maxime in penalibus .l. in factum. §. in penalib. ff. de reg. iur. l. interpetatione. ff. de pen. cum ſimilib.

MAGNA Tamen eſt auctoritas Alexand. & Paul. Caſt. qui contrariam ſententiam tuentur, Ideo cogitandum nobis relinquo, dum tamen ſciatis me nunquam uidiſſe, nec audiuiſſe, quempiam mulctatum fuiſſe, ob id tantum quod ad ſententiam audiendam uocatus non iuerit.

Limi

VIGESIMO OCTAVO Limita pro- 205
cedere dummodo perſeueret in contumacia, & in extremo iuriſdictionis ſit contumax, hoc eſt in effe-ctu, & exitu ipſo non obtemperet, ſecus eſt ſi ex-tremum, ideſt ultimum in quo conſiſtit exitus & fi-nis, ſiue effectus ipſe, obtemperetur, exemplum, ſi iudex preceperit alicui, ut exhibeat aliquid quod uendicandum eſt. ille id facere contemnit, iudex ip-ſe manu militari aufert, rem que exhibēda erat, per quam abductionem effectum ſortitur deſiderium Iudicis & aduerſarij, hoc caſu ignoſcendum erit ei qui non exhibuit, & ſic rem uendicari paſſus non eſt, duci tamen, aut auferri paſſus eſt, fe-cit enim illud quod eſt extremum in iuriſdictione, ideſt in imperio, & in precepto, hoc eſt res ha-buit effectum, hic mihi uidetur eſſe caſus inf. hac ead. l. in. §. ſequen. qui text. torſit omnes Doct. tamen meo iudicio non recte à doctoribus percipitur

Minus etiam intelligitur ab Alciat. in lib. ſe- 206
cundo Paradox. cap. XV. ſcio tamen quod text. ille indiget altiori indagine, quia Doct, exponunt ibi ex-tremum, ideſt principium & finem, quod mihi per-durum uidetur, quod optime diſſerit Alciat. in lo-co allega. Ideo intelligo extremum ideſt effectum precepti, Item intelligo quod iudex ad ulteriora proceßit omiſſa mulcta, & procedendo aſſecutus eſt effectum rei, quodammodo enim iudex mulctam remittere uidetur cum dependeat ad eius arbitrio, & ei ignoſcendum uidetur, qui in effectu, & in ex

tremo obtemperauit, ueluti etiam ſi dixiſſet ſe nolle uenire, & non ueniſſet, tamen ſoluiſſet, obtemperauit enim in extremo, ideſt in ultimo, & in effectu ipſo, & eſt notandum quod non ait lex ipſum non obtemperaſſe, quaſi dicat, uerum eſt quidem non obtemperaſſe, tamen, non uidetur non obtemperaſſe, & ſic non uidetur contumax hoc caſu, ex quo deſiderium iudicis habuit effectum; & ſic per hoc remittetur mulcta, ideo uidemus in praxi, quod poſt primum preceptum emanatum, cui obtemperatum non fuit, ſi iudex ſecundum tranſmittat ad allegandum quare mulctari non debeat, & ſtatim obtemperetur, puta ſoluendo, uel faciendo id quod preceptum fuerat, non ſolet mulctari, & credo quod ita procedat text. in. d. §. ſeq. ad hoc facit text. in. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uoc. eſt ui exim. ubi ait lex quod ad hoc ut habeat locum pena illius edict. uerificari debet quod per illam exemptionem factum eſt quominus exemptus in ius produceretur. Ceterum inquit text. ſi nihilominus ille productus eſt, ceſſat pena, quia uerba debent intelligi cum effectu ubi glo. alleg. concord. faciunt ea quæ hic aggregat Cagnol. in. d. §. ſeq. colum. 1. nume. 1. uerſ. uiſo, de fine attendendo.

207 EGO Non dico nec hoc dicit text. in. d. §. ſeq. quin poßit iudex mulctare eum qui in citatione fuit contumax, & in quolibet alio precepto, ſed dico quod ſi iudex poſt contemptum preceptum omiſſa mul-

ſa mulcta ad ulteriora proceſſerit, & paritum fuerit in extremo, ita quod deſiderium iudicis habuerit effectum, perinde eſt ac ſi is non fuiſſet contumax, & mulcta remittetur, Ita ego intelligo text. in. d §. ſeq. qui tamen indiget altiore indagine, & ſolemniore tractatu, ideo alio tractandum reſeruo, interim obiter hæc perſtrinxiſſe placuit, ut uobis materia cogitandi relinquatur, dum tamen ſciatis quod hoc ſenſu recepto quodammodo concordantur opiniones Doct. inter ſe diſſentientium, ideo cogitate.

Limitatur poſtremo hec cõcluſio per text. in. l. 108 *eos. C. de mod. mulct. & per text. in. l. 1. C. de ſportul. quæ limitatio reſtingitur & declaratur multipliciter ut hic per Cagnol. nume. v. uſque ad nume. xxi. cuius dicta nolo tranſplantare, quia nihil addo.*

FINIS.

Series.

A B C D E F G H I K

Omnes ſunt quaterni.

Ant 131902S

9802

A 37.

XXI
B2

BIBLIO
Vitto